Herm. Scheel
Rostock
1890

DE

GORGIANAE DISCIPLINAE VESTIGIIS.

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM

CONSENSV ET AVCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

IN

VNIVERSITATE ROSTOCHIENSI

AD

SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

AEMILIVS SCHEEL

ROSTOCHIENSIS.

ROSTOCHII

TYPIS CAROLI BOLDTII

MDCCCXC.

Ref.: Prof. Dr. **Ed. Schwartz.**

EDVARDO SCHWARTZ

RICHARDO REITZENSTEIN

S.

Gorgias Leontinus, ex Sicilia ortus, ubi incunabula artis rhetoricae sita esse constat, cum initio belli Peloponnesiaci primum Athenas publico munere functus venisset, sequentibus deinde decenniis huc vel illuc migrans semina artis rhetoricae per Graeciam dispersit multosque homines et oratores et historicos poëtasque commovit, ut ipsum imitarentur. Etsi satis constat, qui viri inter Gorgiae assectatores referendi sint, tamen accuratiore quaestione mihi dignum videtur, quatenus vestigia illius disciplinae nobis perspicua sint. Qua in re explicanda hanc rationem sequar, ut primo capite Isocratis orationes, apud quem Gorgiae disciplinam plurimum valuisse apparebit, pertractem, deinde aliorum aequalium, qui inter Gorgiae aemulos referendi sunt, opera in iudicium vocem.

I.

Isocratem ex Gorgiae disciplina profectum esse duo gravissimi testes saeculi quarti extant: Aristoteles (Quintil. III, 1, 13) et Theophrastus, ex cuius testimonio Dionysius multa desumpsisse videtur. Ad haec sola testimonia ceterae antiquorum narrationes[1]) de conexu inter Gorgiam Isocratemque referendae sunt. Quantum discipulus magistro debeat, et ex sophistica ratiocinatione praecep-

[1]) Gorgiae auctoritati verisimillime attribuenda est mutatio vitae Isocratis, qui primo quaestus causa munere logographi pro aliis orationes iudiciales conficientis functus (teste Cephisodoro, ipsius discipulo, apud Dionys. Isocr. 18), cum Lysias in illo genere principatum obtinuisset, ipse ludo aperto soli generi demonstrativo se tradidit.

tisque rhetoricis et ex imitatione figurarum et poetici ornatus quem ille primus in sermonem pedestrem transtulerat agnosci potest; nec minoris momenti illa auctoritas in materiis ab utroque iisdem pertractatis habenda est. Hoc vero commemorem Isocratem cum omnes illas Gorgiae novitates a sermone pedestri alienas in operibus suis imitatus sit consulto tamen medium quendam cursum tenuisse, festivitatibus illis orationum praesertim nimio usui *ῥημάτων* et *σχημάτων Γοργιείων* prudentius temperasse, paulatim vel maxime in posterioribus scriptis ab illa abundantia recessisse (cf. V, 27; XII, 2).

Iam adeamus orationes Isocratis, primum quaesituri, quid ipse de disciplina oratoria judicaverit, deinde quot huius rationis vestigia ad Gorgiam spectent. Antiquorum testimonia, quae Isocratem ipsum artem rhetoricam composuisse nuntiant, non satis firma sunt, quibus fidem habeamus, ita ut virorum doctissimorum sententiae de hac re discrepent; Spengelius enim et Sauppius genuinam artem exstitisse docuerunt; Bakius et Pfundius aliique illud plane denegaverunt. Blassius denique quaestionem integram relinquens ipsum Isocratem nunquam artem edidisse recte mihi dixisse videtur, probante Keilio (anal. Isocr. p. 101). Cum Isocrates naturae et usui, ut infra videbimus, prae institutione maiorem vim tribuerit et facultatem de qualibet re opportune dicendi maximam censuerit, equidem concludam Isocratem non certam disciplinae suae formulam composuisse, sed discipulos eo exercuisse, ut iis exempla *(τέχνας)* cuilibet rei facillime accomodata tractanda traderet. De simili Gorgiae consuetudine egit Aristoteles (top. IX, 186 b, 36) unde inferius ampliora extricabimus ‚*τῶν περὶ τοὺς ἐριστικοὺς λόγους μισθαρνούντων ὁμοία τις ἦν ἡ παίδευσις τῇ Γοργίου πραγματείᾳ· λόγους γὰρ οἱ μὲν ῥητορικοὺς οἱ δὲ ἐρωτητικοὺς ἐδίδοσαν ἐκμανθάνειν, εἰς οὓς πλειστάκις ἐμπίπτειν ᾠήθησαν ἑκάτεροι τοὺς ἀλλήλων λόγους. οὐ γὰρ τέχνην, ἀλλὰ τὰ ἀπὸ τῆς τέχνης διδόντες παιδεύειν ὑπελάμβανον*‘. Ex hoc loco docemur Gorgiam minus elo-

quentiae ex artis praeceptis tractandae studuisse quam ut orator de qualibet re dicendo promptus fieret. Quo in usu *τοῦ λέγειν δεινότητα* contineri ratus discipulos exemplis conclusiunculisque tractandis exercuit. Haec enim sola significatio voci *‚τέχναι'* ante Aristotelis tempora tribui debet (cf. Plat. Phaedr. 261 b). Etiamsi igitur Isocrati librum quendam *τέχνην* inscriptum omnino abiudicemus oporteat, tamen nobis in ipsius operibus satis multa argumenta servata sunt, ut de integro restituere possimus, quid ille de arte rhetorica senserit. — Quantam vim Isocrates arti suae tribuerit, ipse saepius disertis verbis demonstravit: III, 6 *ἅπαντα τὰ δι' ἡμῶν μεμαχημένα λόγος ἡμῖν ἐστιν ὁ συγκατασκευάσας.* III, 9 *καὶ τῶν ἔργων καὶ τῶν διανοημάτων ἁπάντων ἡγεμόνα λόγον ὄντα.* Haec artissime cum Gorgiae verbis (Hel. 8) congruere recte Maassius dixit in Herm. XXII, pag. 573: *‚λόγος δυνάστης μέγας ἐστὶν'* qui miras res efficere, timorem tristitiamque repellere, laetitiam et misericordiam commovere possit. In § 10 deinde haud inepte orationis vis cum cantibus magicis aliisque piaculis comparatur, quae ad hominum mentes recreandas multum valeant; item in § 14 cum medicamentis, quae varios affectus in corporibus humanis efficiant.[1]) Quem totum locum a Gorgia poetarum semper aemulo ex Eur. Hipp. v. 478 petitum esse statuam:

‚εἰσὶ δ' ἐπῳδαὶ καὶ λόγοι θελκτήριοι
φανήσεταί τι τῆσδε φάρμακον νόσου'.

Illam Gorgiae comparationem apud Isocratem invenies VIII, 39: *τῶν μὲν περὶ τὸ σῶμα νοσημάτων πολλαὶ θεραπεῖαι καὶ παντοδαπαὶ τοῖς ἰατροῖς εὕρηνται, ταῖς δὲ ψυχαῖς . . . οὐδέν ἐστιν ἄλλο φάρμακον πλὴν ὁ λόγος.* — Si vero a Gorgia

---

[1]) Pl. Gorg. 483 e: *κατεπᾴδοντες καὶ γοητεύοντες καταδουλούμεθα λέγοντες* (cf. Meno. 80) et Menex. 235: *ὑπ' ἀνδρῶν σοφῶν οἳ οὕτω καλῶς ἐπαινοῦσιν ὥστε καὶ τὰ προσόντα καὶ τὰ μὴ περὶ ἑκάστου λέγοντες κάλλιστά πως τοῖς ὀνόμασι ποικίλλοντες, γοητεύουσιν ἡμῖν τὰς ψυχάς.* Acerbe hac voce *γοητεύειν* Gorgiam notari, recte Duemmlerus vidit (Academ. p. 22). Itemque Plato saepius artem *ῥητορικὴν* et *ἰατρικὴν* (ut Gorgias in Hel.) comparavit earumque artium in vicem necessitudines perpensitavit.

(Hel. 10) *λόγοι* nominantur *ἐπαγωγοὶ ἡδονῆς, ἀπαγωγοὶ λύπης* (cf. Phaedr. 261 *ἡ ῥητορικὴ ἂν εἴη τέχνη ψυχαγωγία τις διὰ λόγων,* ubi Gorgiam notari constat) et Isocrates dicit II, 29 *δέδεικται τοῖς ἐπιθυμοῦσι τοὺς ἀκροωμένους ψυχαγωγεῖν* et IX, 11: *ταῖς εὐρυθμίαις καὶ ταῖς συμμετρίαις ψυχαγωγοῦσι τοὺς ἀκούοντας,* quem similitudo rationum effugere potest? Compares deinde hos locos, ubi uterque auctor paene eandem gravitatem eloquentiae tribuit:

De Gorgia:	De Isocrate:
Phaedr. 267: *Τεισίαν δὲ Γοργίαν τε ἐάσομεν εὕδειν οἳ [πρὸ τῶν ἀληθῶν μᾶλλον τὰ εἰκότα ὡς τιμητέα,* haec verba uncis inclusa ad Tisiam spectant] *τά τε αὖ σμικρὰ μεγάλα καὶ τὰ μεγάλα σμικρὰ φαίνεσθαι ποιοῦσι διὰ ῥώμην λόγου, καινά τε ἀρχαίως τά τ' ἀρχαῖα καινῶς συντομίαν τε λόγων καὶ ἄπειρα μήκη περὶ πάντων ποιοῦσιν.*	IV, 8: *ἐπειδὴ δ' οἱ λόγοι τοιαύτην ἔχουσι τὴν φύσιν ὥσθ' οἷόν τ' εἶναι περὶ τῶν αὐτῶν πολλαχῶς ἐξηγήσασθαι καὶ τά τε μεγάλα ταπεινὰ ποιῆσαι καὶ τοῖς μικροῖς μέγεθος περιθεῖναι καὶ τά τε παλαιὰ καινῶς διελθεῖν καὶ περὶ τῶν νεωστὶ γεγενημένων ἀρχαίως εἰπεῖν.*
Pl. Gorg. 448a: *λέγω ὅτι οὐδείς μέ πω ἠρώτηκε καινόν.* cf. 449c.	XI, 4: *δεῖ τοὺς μὲν εὐλογεῖν τινας βουλομένους πλείω τῶν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν . . . ἀποφαίνειν, τοὺς δὲ κατηγοροῦντας τἀναντία τούτων ποιεῖν.*
	XII, 36: *τὰ μὲν μικρὰ τῶν πραγμάτων ῥᾴδιον τοῖς λόγοις ἐπαυξῆσαι.*

Pergamus ab illo loco (III, 7) ubi Isocrates de orationis vi disseruit; sermone enim et facultate alios ad suam ipsorum sententiam adducendi homines prae ceteris animalibus excellere et ab fera agrestique vita *(θηριωδῶς ζῆν)* ad humanum cultum civilemque deductos esse. Orationem apud homines mores religionem leges sanxisse; per illam solam ineruditos et imprudentes viros ad rationem melioremque vitae modum duci et in re publica vulgus facilius temperari posse. Qui igitur studium eloquentiae profiteretur et iuvenum animos illa doctrina saluberrima

imbueret, non odio invidiaque afficiendum, sed prudentem et sapientem putandum esse. Qua in ratione Isocrates eo progressus est, ut arti oratoriae (III, 9: *περὶ τῶν παιδευόντων καὶ φιλοσοφούντων*) omnino gravissimum nomen ‚philosophiae' vindicaret; qui enim eloquentiam excoleret, etiam rationem moresque meliores reddendi facultatem haberet oportebat. In opinione quidem populari notiones sapientiae et eloquentiae in promiscuo habitas esse ex multis locis Arist. Nub. satis apparet (cf. Herod. I, 29—30).

Isocratis vero usus vocis ‚*φιλοσοφία*' (quaeque ad eandem radicem spectant verba), quem Blassius (II, 26) breviter perstrinxit, paulo accuratius mihi examinandus videtur: inveni enim nunquam eum illud vocabulum in sensu usitato adhibuisse, immo (XV, 265—285) diserte de studiis Empedoclis Parmenidis aliorumque physicorum hanc vocem usurpari vetuit, nihiloque magis de artibus liberalibus, sed de eis solis studiis, quae hominum animos elevare, acuere, dicendo agendoque excolere possent. Quae ut acquirerentur, Isocrates solam artem rhetoricam illud efficere posse atque eum, qui bene diceret, bonum quoque virum se praestare oportere arbitratus est, (cf. Anaxim. prooem.); ex hac sophistica causa vox ‚philosophiae' apud eum facultatem de qualibet re certa ratione agendi, plerumque ipsum eloquentiae studium significat. Cujus usus ex permultis exemplis hosce locos afferre mihi liceat: II, 35, 39; III, 1, 9; IV, 10, 47, 186; V, 29; VIII, 5, 116; IX, 8, 77, 81; X, 6, 66, 67; XI, 1, 48; XII, 9, 19; XIII, 1; XV, 48, 121, 147, 162, 195, 266, 270, 277, 292, 304.[1])

---

[1]) Apud Gorgiam uno loco (Hel. 13) de quo infra uberius agam vocem *φιλόσοφοι* pro oratoribus usurpatam inveni *φιλοσόφων λόγων ἁμίλλαι.* Porro fragmento cuidam corrupto auctoris ignoti (Vol. Herc. VIII, 59, 4) similis Gorgianae rationis vestigium inesse putem; etsi verba certo restitui non possunt, tamen ibi Gorgiae nomen quodammodo cum notione *φιλοσόφων* coniungi videtur. Afferam quoque Gorgiae fragm. 28, a Spengelio ex cod. Monac. prolatum: *Γοργίας ὁ ῥήτωρ ἔλεγε τοὺς φιλοσοφίας μὲν ἀμελοῦντας, περὶ δὲ τὰ ἐγκύκλια μαθήματα γιγνομένους ὁμοίους εἶναι κ. τ. λ.* — Philosophiam hoc loco pro eloquentiae studio intellegendam esse

Notandum mihi quoque videtur saepissime cum verbo *φιλοσοφεῖν* in significatione aliquid ex arte tractandi conjunctum inveniri aliud verbum ex eadem provincia eloquentiae desumptum, quo sensus termini technici duplicetur et confirmetur. Huc referam: IV, 6 *σκοπεῖν καὶ φιλοσοφεῖν.* IV, 186 *πονήσει καὶ φιλοσοφήσει.* VIII, 5 *μελετᾶν καὶ φιλοσοφεῖν.* VIII, 116 *φιλοσοφήσετε καὶ σκέψεσθε.* IX, 78 *φιλοσοφεῖν καὶ πονεῖν.* XII, 11 *ἐπὶ τὸ φιλοσοφεῖν καὶ ποιεῖν καὶ γράφειν.* XV, 121 *τοῦτ' ἐφιλοσόφει καὶ ἔπραττεν.* XV, 247 *πόνῳ καὶ φιλοσοφίᾳ.* XV, 285 *καὶ πονητέον καὶ φιλοσοφητέον καὶ πρακτέον.*

Ut orator perfectus omnibusque numeris absolutus ex magistri disciplina evadat, Isocrati tres res, quibus illud fastigium petatur, maxime necessarias visas esse, ex permultis ejus locis elucet. Primum *φύσις,* nihil enim discipulo a natura denegatum esse oportet; secundo loco postulanda est *ἐμπειρία* sive *χρεία,* namque ars oratoria, usu vel consuetudine carens, nihil proficere potest; tertio loco *παίδευσις* sive *παιδεία,* institutio, quae etsi minime neglegenda tamen dignitate inferior est illis prioribus condicionibus, sine quibus disciplina ex artis praeceptis tractata omnino cogitari non potest. Ipsam deinde notionem *παίδευσις* (XIII, 16; XV, 183—185) in duas partes *(ἐπιστήμη — ἐπιμέλεια)* distinctam videmus, quarum una ab altera iuvatur in oratione arte expolienda; *ἐπιστήμη* accipienda est quasi scientia formarum, i. e. externi verborum ornamenti, *ἐπιμέλεια* discipulos illa recte uti

---

secunda fragmenti pars docet: *ὁ αὐτὸς τοὺς ῥήτορας ἔφη ὁμοίους εἶναι κ. τ. λ.* — Illud dictum etsi idem de Aristippo (Diog. L. II, 79) traditur tamen Gorgiae ascribam, cum simillima sententia apud Clem. Alex. (strom. I, 332 Potter) extet, ubi de Graecorum institutione agitur; ibi quoque notioni *καιρῶν* quam Gorgiae propriam fuisse infra videbimus summa vis tribuitur: *„προπαιδεύει γὰρ τὰ κατὰ τοὺς προσήκοντας καιροὺς ἑκάστῃ γενεᾷ συμφερόντως δεδομένα· ἤδη γάρ τινες τοῖς φίλτροις τῶν θεραπαινίδων δελεάζοντες, ὠλιγώρησαν τῆς δεσποίνης φιλοσοφίας ἀλλ' ὡς τὰ ἐγκύκλια μαθήματα συμβάλλεται πρὸς φιλοσοφίαν . . . κ. τ. λ.*

docet. — Qua in re totus ex Gorgiae disciplina profectus videtur, qui ut in doctrina morum virtutem omnino doceri posse ita in eloquentia scientiam et institutionem quicquam valere negabat, sed omnia ad casum et opportunitatem referebat. — Uno denique Helenae loco illas tres notiones coniunctas inveni, ubi Gorgias de procorum praestantia agit (§ 4): voces *πλούτου μεγέθη* et *εὐγενείας παλαιᾶς εὐδοξία* solius naturae munera sunt, *ἀλκῆς οἰκείας εὐεξίαν* autem debemus usui et exercitationi artis gymnasticae, verba ‚*σοφίας ἐπικτήτου δύναμις*‘ respondent tertiae notioni ‚*παιδεία*‘. Quae similitudo etsi mira est, tamen nescio an casu facta sit.

Illa vero tripartitio ipsius Gorgiae Isocratisque aetate vetustior videtur, miro enim modo cum antiquiorum Graecorum usu congruit, quem Pindarus (Ol. II, 96; IX, 100—107; Nem III, 68) commemorat. Iuvenibus ex familia illustri ortis generis nobilitas et exercitatio artis gymnasticae musicaeque sufficiebat, ut ad honores pervenirent; inferiore autem loco natis eruditio et scientia opus erat, ut in civitate ceteros superarent. Cum vero belli Peloponnesiaci vicissitudo fere omnes res mutasset et iuventutis institutio per sophistas tractari coepisset, etiam illae tres notiones ad ipsam disciplinam oratoriam translatae sunt, ita quidem ut *φύσις* non nobile genus, sed indolem significaret.

Priusquam vero procedamus, Isocratis rationem exemplis illustrem, semperque videbis, quanto maiorem vim indoli et consuetudini prae artis institutione tribuerit. Qua in re ex omnibus quibus illa ratio perstringitur locis maxime iuvamur duabus orationibus (XIII et XV). Age primum perlustremus orationem illam, quae *κατὰ τῶν σοφιστῶν* inscribitur. In prima parte (§ 1—8) *τοὺς ἐριστικοὺς* impugnat, qui scientiam veritatis ideoque virtutem felicitatemque appeti posse docebant. Deinde (§ 9—18) eos reprehendit, qui *τοὺς πολιτικοὺς λόγους* profitebantur. (Eadem dispositone adversariorum doctrina carpitur II, 51).

Acerbis verbis Isocrates vituperat, quod adversarii nimiam auctoritatem institutioni tribuant, naturam autem et consuetudinem prae illa neglegant. Hac in parte Alcidamantem notari, Spengelius (Art. script. 174) et Vahlenus (Wien. Sitz. Ber. 1863) exposuerunt. Denique *τοὺς τὰς καλουμένας τέχνας γράψαι τολμήσαντας* reprehendit. Haec ad Thrasymachum et Theodorum quadrare Reinhardtius (De Isocr. aem. p. 6) adnotat; equidem potius Blassio adstipuler, qui (Att. Bereds. I, 23) illa verba ad Tisiam refert. — Hac oratione peracta, quae etsi brevissima et in fine mutilata tamen in media parte summi momenti est, ut quae Isocrates de arte sua iudicaverit restituamus, ad orationem XV transeamus, qua et ipsa inimicorum opprobria ad suam discipulorumque turpitudinem pertinentia quasi vana refutat. Postquam prima parte (usque ad § 166) se ipsum a reprehensione defendit, etiam artis suae, quam et ipsam adversarii vexaverant, rationem omnibus conspicuam reddere studet. Comparatur deinde (§ 180—184) ars rhetorica cum arte gymnastica (cf. Blass II, 33; Reinhardt p. 38), quarum una corporis, altera mentis vires corroborat, ita ut et membra exerceantur et ingenium acuatur. *Οἱ μὲν παιδοτρίβαι τὰ σχήματα τὰ πρὸς τὴν ἀγωνίαν εὑρημένα τοὺς φοιτῶντας διδάσκουσιν, οἱ δὲ περὶ τὴν φιλοσοφίαν ὄντες τὰς ἰδέας ἁπάσας, αἷς ὁ λόγος τυγχάνει χρώμενος, διεξέρχονται τοῖς μαθηταῖς.* Aliis quoque locis utramque artem inter se comparatam invenies: II, 11, 13, 35, 51; IV, init; X, 5; XII, 22; XV, 266: *γυμνασίαν τῆς ψυχῆς καὶ παρασκευὴν φιλοσοφίας καλῶ τὴν τοιαύτην διατριβήν.* — Non alienam hoc loco puto quaestionem, unde Isocrates has translationes desumpserit ex palaestra ortas. Quis est cui non in mentem veniat similis Gorgiae sententia, qui (Plat. Gorg. 456) de recto usu artis rhetoricae disserens conexum quendam docet inter eloquentiae peritos et eos qui *,πυκτεύειν τε καὶ παγκρατιάζειν καὶ ἐν ὅπλοις μάχεσθαι'* noverint? Utrisque cavendum esse, ne scientiam suam ad aliorum noxam adhibeant. Qui locus Platonis fere

verbotenus ab Isocrate (XV, 252) iteratur.[1]) Etiam vox *ἀντίστροφος*, quae in Platonis dialogo (464 c, 465 d) de artium comparatione adhibetur, ab Isocrate eodem sensu (§ 181) repetita est. Quibus vero similitudinibus ab Isocrate minus Platonem quam ipsum Gorgiam notari putem, cuius translationes nimis frequenter ex arte gymnastica petitas sine dubio Plato deriserat. — Huc quoque referam, quae Blassius (I, 52) recte de epigrammate olympico (Arch. Zeit. 35, 43) disseruit:

‚Γοργίου ἀσκῆσαι ψυχὴν ἀρετῆς ἐς ἀγῶνας
οὐδείς πω θνητῶν καλλίον' εὗρε τέχνην'. —

In ipsius Gorgiae frg. 5 invenies: *δισσὰ ἀσκήσαντες μάλλιστα ὧν δεῖ γνώμην [καὶ ῥώμην* ex Fossii emendatione*]* et apud Platonem (Gorg. 517 d) legimus: *διττὴ αὕτη τις ἡ πραγματεία ἐστὶ καὶ περὶ τὸ σῶμα καὶ περὶ τὴν ψυχήν.* Isocratis autem similia verba sunt (XV, 181) *διττὰς ἐπιμελείας κατέλιπον ἡμῖν, περὶ μὲν τὰ σώματα, . . . περὶ δέ τὰς ψυχὰς,* ita ut nesciam an quemquam magistri auctoritas effugere possit. Denique in Gorg. Hel. 13 locum mihi ita supplendum videri infra demonstrabo: *τρίτον φιλοσόφων* (h. e. eloquentiae studiosi) *λόγων ἁμίλλας, ἐν αἷς δείκνυται καὶ γλώσσης κάλλος καὶ γνώμης τάχος.* Haec hactenus de arte gymnastica.

Ne longius discedam, ad orationem XV pertractandam revertamur. In § 187 Isocrates iterum — nescio ubi accuratius — explicat *τὰς ὑποσχέσεις ἃς ποιούμεθα πρὸς τοὺς ἡμῖν πλησιάζειν βουλομένους. πρῶτον μὲν πρὸς τοῦτο πεφυκέναι καλῶς, ἔπειτα παιδευθῆναι καὶ λαβεῖν τὴν ἐπιστήμην, τρίτον ἐντριβεῖς γενέσθαι καὶ γυμνασθῆναι περὶ τὴν χρείαν καὶ τὴν ἐμπειρίαν αὐτῶν.* Saepius deinde in sequentibus para-

---

[1]) Bakius quidem et Schroederus hunc Platonis locum ad Isocratis amissam clausulam orationis XIII spectare opinati valde erraverunt; Schroederus omnino mihi vituperandus videtur, qui (quaest. Isocr. p. 198 in thesibus) contenderit in Platonis Gorgia sub huius sophistae persona latere Isocratem. Immo genuinam nobis Gorgiae disciplinam ibi plerumque servatam esse putem, quamvis a Platone acerrime vexetur.

graphis hae notiones inter se pensitantur: 189 *εἴ τις ἔροιτό με, τί τούτων μεγίστην ἔχει δύναμιν πρὸς τὴν τῶν λόγων παιδείαν, ἀποκριναίμην ἄν, ὅτι τὸ τῆς φύσεως ἀνυπέρβλητόν ἐστι καὶ πολὺ πάντων διαφέρει.* 191—92: *περὶ μὲν οὖν τῆς φύσεως καὶ τῆς ἐμπειρίας ταῦτα γιγνώσκω· περὶ δὲ τῆς παιδείας οὐκ ἔχω τοιοῦτον λόγον εἰπεῖν.* 197: *οὐδεμία γὰρ εὕρηται παιδεία τοιαύτη, δι' ἧς γένοιτό τις ἂν ἢ περὶ τοὺς λόγους δεινότερος ἢ περὶ τὰς πράξεις φρονιμώτερος ἀλλ' οἱ προέχοντες ἐν τούτοις τῇ φύσει τῶν ἄλλων διαφέρουσιν.* cf. 213—214; 291—291. Adiungam huius doctrinae vestigia ex aliis orationibus: II, 12, 35, *ὅτι ἂν ἀκριβῶσαι βουληθῇς, ὧν ἐπίστασθαι προσήκει τοὺς βασιλέας, ἐμπειρίᾳ μέτιθι καὶ φιλοσοφίᾳ.* VI, 4; XI, 49; XII, 265: *ἐπῄνεσα τήν τε φύσιν αὐτοῦ καὶ τὴν ἐπιμέλειαν.* — Eandem acerrimam oppositionem habes apud Thuc. I, 123 inter *φύσιν — μελέτην — ἐπιστήμην.* I, 138 Themistoclem *φύσεως μὲν δυνάμει μελέτης δὲ βραχύτητι* excellentem fuisse audimus. VI, 18 *ἐμπειρία* et *ἐπιστήμη* opponuntur. — Cf. Pl. Phaedr. 269 d: *εἰ μέν σοι ὑπάρχει φύσει ῥητορικῷ εἶναι, ἔσει ῥήτωρ ἐλλόγιμος, προσλαβὼν ἐπιστήμην τε καὶ μελέτην.*

Iam sequitur ut Isocratis sententiam perquiramus, quaenam facultas orator imaxime necessaria sit; quid enim in singulis rebus saepe per se variis illi dicendum vel omittendum sit, minus cognitione et scientia *(ἐπίστασθαι)* quam consuetudine et coniectura *(δοξάζειν)*[1]) colligi potest, ita ut appareat, cur Isocrates scientiae minorem dignitatem tribuerit quam consuetudini, quae oratorem facilius doceat, quid in quaque occasione maxime opportunum dictu sit. Oratorem enim facultatem ex improviso dicendi *(αὐτοσχεδιάζειν, ἐξ ὑπογυίου εἰπεῖν,* cf. [Plat.] Menex. 235 c d) sibi acquirere

---

[1]) Infra exponam quam frequenter haec membrorum oppositio apud Isocratem inveniatur. — Ab hac doctrina multum discrepuit Alcidamas rhetor, vehementer Isocratem in oratione *περὶ σοφιστῶν* inscripta impugnans. Gravissimum autem mihi videtur, quod illa controversia, quam in philosophorum doctrina multum valuisse constat, etiam apud oratores acerrime examinata est.

maxime necessarium est nec minus opportunitatem *(τοὺς καιροὺς)* observare, ut quam diligentissime et ad suam ipsius sententiam et ad audientium mentes et ad materiam ipsam verba accommodet, ut ipse (IV, 14) profitetur *‚ἣν καὶ τοῦ πράγματος ἀξίως εἴπω καὶ τῆς δόξης τῆς ἐμαυτοῦ καὶ τοῦ χρόνου'.* Quanti autem Isocrates illam doctrinam formalem censuerit et quam diligenter hanc rationem *εὐκαίρως* dicendi per fere totas orationes excoluerit, maxime apparet XV, 184: *ἐμπείρους τούτων ποιήσαντες γυμνάζουσιν αὐτοὺς καὶ πονεῖν ἐθίζουσι καὶ συνείρειν καθ' ἓν ἕκαστον ὧν ἔμαθον ἀναγκάζουσιν ἵνα ταῦτα βεβαιότερον κατάσχωσι καὶ τῶν καιρῶν ἐγγυτέρω ταῖς δόξαις γένωνται. τῷ μὲν γὰρ εἰδέναι περιλαβεῖν αὐτοὺς οὐχ οἷόν τ' ἐστίν· ἐπὶ γὰρ ἁπάντων τῶν πραγμάτων διαφεύγουσι τὰς ἐπιστήμας. οἱ δὲ μάλιστα προσέχοντες τὸν νοῦν καὶ δυνάμενοι θεωρεῖν τὸ συμβαῖνον ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πλειστάκις αὐτῶν τυγχάνουσιν.* — Adiungam deinceps ceteros locos ad *εὐκαιρίας* rationem spectantes:

II, 33: *ἐπισκόπει τοὺς λόγους τοὺς σαυτοῦ καὶ τὰς πράξεις, κράτιστον γὰρ τῆς ἀκμῆς τῶν καιρῶν τυγχάνειν . . . μὴ πλεονάζειν· αἱ γὰρ μετριότητες μᾶλλον ἐν ταῖς ἐνδείαις ἢ ταῖς ὑπερβολαῖς ἔνεισιν.*

II, 52: *καὶ μάλιστα ἐπὶ τῶν καιρῶν θεωρεῖν συμβουλεύοντας.*

III, 50: *ὁπότερον ἂν ἐν καιρῷ καὶ μετ' ἀρετῆς γίγνηται, τοῦτ' ὠφελεῖ τοὺς ποιοῦντας.*

IV, 5: *ἔπειτ' οὐδ' οἱ καιροί πω παρεληλύθασιν ὥστ' ἤδη μάτην εἶναι τὸ μεμνῆσθαι περὶ τούτων. τότε γὰρ χρὴ παύεσθαι λέγοντας.*

IV, 9: *τὸ δ' ἐν καιρῷ ταύταις καταχρήσασθαι καὶ τὰ προσήκοντα περὶ ἑκάστης ἐνθυμηθῆναι καὶ τοῖς ὀνόμασιν εὖ διαθέσθαι τῶν εὖ φρονούντων ἴδιόν ἐστιν.*

IV, 83: *πρὸς δὲ τοὺς οὐκ εἰσιν ἁρμόττοντες λόγοι· πῶς γὰρ ἂν γένοιντο σύμμετροι τοιούτοις ἀνδράσιν;* hunc quoque locum, etsi vocem *καιρὸς* non aperte continet, tamen ad eandem rationem spectare censeo.

V, 26: *ἐπειδὰν ὁ λόγος ἀποστερηθῇ τῆς δόξης τῆς τοῦ λέγοντος . . . ἔτι δὲ τῶν καιρῶν καὶ τῆς σπουδῆς τῆς περὶ τὴν πρᾶξιν, ... φαῦλος εἶναι δοκεῖ τοῖς ἀκούουσιν.*

V, 110: (sc. *πρᾶξις*) *τὸν καιρὸν ἔχουσα μάλιστα σύμμετρον τοῖς νῦν λεγομένοις.*

V, 143: *τοὺς οὐκ εὐκαίρως αὐτῇ (τῇ ἰδέᾳ) χρωμένους.*

V, 155: *ταῦθ' ὅπως γέγραπται τοῖς καιροῖς καὶ ταῖς ἀκριβείαις, παρ' ὑμῶν τῶν ἀκουόντων πυνθάνεσθαι δίκαιόν ἐστιν.*

VI, 24: *ἀκριβῶς οὐ διῆλθον, ὁ γὰρ παρὼν καιρὸς οὐκ ἐᾷ μυθολογεῖν, ἀλλ' ἀναγκαῖον ἦν συντομώτερον διαλεχθῆναι.*

VI, 34: *πρὸς τὸ παρὸν ἀεὶ βουλεύεσθαι καὶ ταῖς τύχαις ἐπακολουθεῖν καὶ μὴ μεῖζον φρονεῖν τῆς δυνάμεως, μηδὲ τὸ δίκαιον ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς ἀλλά τὸ συμφέρον ζητεῖν.*

VIII, 131: *διείλεγμαι μὲν τὰ πλεῖστα περὶ τούτων, οὐκ ἐφεξῆς, ἀλλ' ὡς ἕκαστον τῷ καιρῷ συνέπιπτεν.*

IX, 34: *οὔτ' ἂν ὁ λόγος ἴσως τοῖς καιροῖς ἁρμόσειεν οὔτ' ἂν ὁ χρόνος τοῖς λεγομένοις ἀρκέσειεν,* ubi Keilius (p. 53₂) nos docet scholiastam adnotasse: *τεχνικῶς ὁρίζεται τὸ ἔγκλημα τῶν καιρῶν, ὥσπερ καὶ Ἰσοκράτης ὁρίζεται ἔργον ῥήτορος τὸ πρὸς τὸν καιρὸν ἁρμόζεσθαι.*

XII, 33: *αἰσθάνομαι δ' ἐμαυτὸν ἔξω φερόμενον τῆς συμμετρίας τῆς συντεταγμένης τοῖς προοιμίοις. ἔστι δ' ἀνδρὸς νοῦν ἔχοντος μὴ τὴν εὐπορίαν ἀγαπᾶν, ἀλλὰ τὴν εὐκαιρίαν διαφυλάττειν, ὑπὲρ ὧν ἂν ἀεὶ τυγχάνῃ διαλεγόμενος.*

XII, 85: *ἢν δόξω τισὶ τῶν καιρῶν ἀμελεῖν . . . . . τὴν περὶ τὸν λόγον ἀκαιρίαν ἀδοξότερον ἐμὲ ποιήσουσαν.*

XII, 135: *ἔσται δ' ὁ λόγος τοῖς μὲν ἡδέως ἀκούουσιν οὔτ' ὀχληρὸς οὔτ' ἄκαιρος ἀλλὰ σύμμετρος καὶ προσήκων, τοῖς δὲ μὴ χαίρουσι . . . αὐτὸν οἶμαι δόξειν μακρότερον τοῦ δέοντος.*

XIII, 13: *τοὺς λόγους οὐχ οἷόν τε καλῶς ἔχειν, ἢν μὴ τῶν καιρῶν καὶ τοῦ πρεπόντως [ἔχειν] μετάσχωσιν.*

XIII, 16: *ἔτι δὲ τῶν καιρῶν μὴ διαμαρτεῖν, ἀλλὰ τοῖς ἐνθυμήμασι πρεπόντως ὅλον τὸν λόγον καταποικῖλαι καὶ τοῖς ὀνόμασιν εὐρυθμῶς καὶ μουσικῶς εἰπεῖν, ταῦτα δὲ πολλῆς ἐπιμελείας δεῖσθαι.*

XV, 10: *οὐκ' ἀλόγως οὐδ' ἀκαίρως, ἀλλὰ προσηκόντως τοῖς ὑποκειμένοις.*

XV, 194: *ἃ μὲν οὖν κατηγορῶ τῶν ἄλλων παραλείψω· καὶ γάρ ἐστι πλείω τοῦ καιροῦ τοῦ παρόντος.* cf. X, 11 29, de quibus locis paulo inferius mihi agendum erit.

Neque auctorem illius primae spuriae orationis, quam quidem nonnulla genuinae Isocrateae disciplinae vestigia continere mihi persuasi, effugit, quantum apud Isocratem doctrina *εὐκαίρως* dicendi valuerit:

I, 41: *δύο ποιοῦ καιροὺς τοῦ λέγειν, ἢ περὶ ὧν οἶσθα σαφῶς, ἢ περὶ ὧν ἀναγκαῖον εἰπεῖν. ἐν τούτοις γὰρ μόνοις ὁ λόγος τῆς σιγῆς κρείττων, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις ἄμεινον σιγᾶν ἢ λέγειν.*

Cum eadem *καιρῶν* doctrina etiam rationem, quae ad externas sermonis formas spectat, artissime cohaerere puto; terminos enim technicos huc spectantes (*ἰδέαι λόγων* sive *τρόποι* vel *εἴδη*) frequentes apud Isocratem inveni:

IV, 7: *εἰ μὲν μηδαμῶς οἷόν τ' ἦν δηλοῦν τὰς πράξεις ἀλλ' ἢ διὰ μιᾶς ἰδέας, εἶχεν ἄν τις ὑπολαβεῖν ὡς περίεργόν ἐστι τὸν αὐτὸν τρόπον ἐκείνοις λέγοντας ἐνοχλεῖν τοῖς ἀκούουσιν.*

IX, 9: *πᾶσι τοῖς εἴδεσι διαποικῖλαι τὴν ποίησιν.*

X, 11: *οἱ δὲ κοινοὶ καὶ πιστοὶ . . . τῶν λόγων διὰ πολλῶν ἰδεῶν καὶ καιρῶν δυσκαταμαθήτων εὑρίσκονται.*

XI, 33: *οὐ μόνον τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ καὶ τῆς ἰδέας ὅλης, δι' ἧς εὐλογεῖν δεῖ, φαίνει διημαρτηκώς.*

XII, 2: *καὶ τῶν ἄλλων ἰδεῶν τῶν ἐν ταῖς ῥητορείαις διαλαμπουσῶν.*

XIII, 16: *φημὶ γὰρ ἐγὼ τῶν μὲν ἰδεῶν, ἐξ ὧν τοὺς λόγους ἅπαντας λέγομεν καὶ συντίθεμεν.*

XV, 11: postquam in antecedenti *ἀκαιρίας* rationem tractavit, pergit *τοσοῦτον οὖν μῆκος λόγων συνιδεῖν καὶ τοσαύτας ἰδέας καὶ τοσοῦτον ἀλλήλων ἀφεστώσας συναρμόσαι . . . οὐ πάνυ μικρὸν ἦν ἔργον.*

XV, 45: *τρόποι τῶν λόγων εἰσὶν οὐκ ἐλάττους ἢ τῶν μετὰ μέτρων ποιημάτων.* Paulo inferius *οὐ μικρὸν ἔργον, εἰ πάσας τις τὰς ἰδέας τῶν λόγων ἐξαριθμεῖν ἐπιχειρήσειεν.* Deinde in § 47: *ἔτι δὲ ταῖς ἄλλαις ἰδέαις ἐπιφανεστέραις ὅλον τὸν λόγον διοικοῦσιν.* —

Clarissime denique haec ratio XV, 183 demonstratur: *οἱ δὲ περὶ τὴν φιλοσοφίαν ὄντες* (i. e. magistri eloquentiae) *τὰς ἰδέας ἁπάσας, αἷς ὁ λόγος τυγχάνει χρώμενος, διεξέρχονται τοῖς μαθηταῖς.*

Etiam in Plat. Phaedr. 272, ubi *εὐκαιρίας* disciplinam explicari infra videbimus, haec de orationis formis doctrina attingitur: *ἑκάστων ὅσ' ἂν εἴδη μάθῃ λόγων.*

Quoniam quid Isocrates ipse de formarum doctrina iudicaverit exposui, extricemus originem huius rationis, qua fere tota eius disciplina rhetorica continetur. Neque enim eam suo arbitrio sibi finxerat, sed hac quoque in re ex Gorgiae disciplina ortus erat. Inter omnes enim locos, ubi de Gorgia agitur, gravissimum testimonium Dionysii est: (De comp. verb. 68) *καιροῦ δ' οὔτε ῥήτωρ τις οὔτε φιλόσοφος εἰς τόδε χρόνου τέχνην ὥρισεν. οὐδ' ὅσπερ πρῶτος ἐπεχείρησε περὶ αὐτοῦ γράφειν Γοργίας οὐδέν τι ἄξιον λόγου ἔγραψεν.* Licet Dionysio ratio sophistae displicuerit, tamen hoc mihi summi momenti videtur, quod ex illo loco certiores fimus Gorgiam primum negasse de quavis re quicquam certi pronuntiari posse, sed omnia ad opportunitatem esse referenda. Pro Dionysii exilibus verbis aliis testimoniis de hac re iuvamur. Primum pauca ex Phaedro discimus, ubi (p. 261) Gorgiae sententiam *(ῥητορικὴ — ψυχαγωγία)* commemoratam supra vidimus; quo dicto p. 271 breviter perstricto quaestio copiosius tractari coepit, quaenam facultas oratori maxime sit appetenda *‚ταῦτα ἤδη πάντα ἔχοντι, προσλαβόντι καιροὺς τοῦ πότε λεκτέον καὶ ἐπισχετέον, βραχυλογίας τὲ αὖ καὶ ἐλεεινολογίας καὶ δεινώσεως ἑκάστων τε ὅσ' ἂν εἴδη μάθῃ λόγων, τούτων τὴν εὐκαιρίαν τε καὶ ἀκαιρίαν διαγνόντι, καλῶς τε καὶ τελέως ἐστὶν ἡ τέχνη ἀπειργασαμένη, πρότερον δ' οὔ.'* En habes optimam illius Gorgiae rationis definitionem. — Adiungam locum Philostrati, ubi de iis agitur, qui extemporaneae eloquentiae periti fuerint, (vit. soph. p. 482) *παρελθὼν γὰρ οὗτος [scil. Γοργίας] εἰς τὸ Ἀθηναίων θέατρον ἐθάρρησεν εἰπεῖν ‚προβάλλετε' καὶ τὸ κινδύνευμα τοῦτο πρῶτος ἀνεφθέγξατο, ἐνδεικνύμενος πάντα μὲν εἰδέναι, περὶ παντὸς δὲ ἂν εἰπεῖν ... ἐφιεὶς τῷ καιρῷ.* — cf. Alcidam. *περ. σοφ.* 22—23.

Ex hac Gorgiae Isocratisque ratione formali, quod quaque in re opportunitati maior dignitas tribuenda sit

quam educationi, etiam illorum praecepta, quatenus ad doctrinam moralem spectant, intellegenda sunt. Virtutem enim certa eruditione *(μάθησις)* acquiri posse omnino negaverunt; viri autem praestantiam eo contineri rati, ut in dicendo agendoque ad singulas res maxime necessarias se accommodaret, nonnusquam maximam laudem tribuerunt huic facultati *τὰ δέοντα* vel faciendi vel dicendi. Gorg. frg. 5 *εἰπεῖν βουλοίμην δ' ἃ δεῖ . . . . τοῦτον νομίζοντες θειότατον καὶ κοινότατον νόμον τὸ δέον ἐν τῷ δέοντι καὶ λέγειν καὶ σιγᾶν καὶ ποιεῖν κτλ.* — Hel. 2: *τοῦ δ' αὐτοῦ ἀνδρὸς λέξαι τὸ δέον ὀρθῶς.* Hanc magistri rationem non solum adumbratam sed aperte expressam apud Isocratem aliosque discipulos saepe inveniri haec documenta sufficiant: Is. II, 15 *τοὺς μέλλοντάς τι τῶν δεόντων ποιήσειν.*

II, 52: *τοὺς μηδὲν τῶν δεόντων γιγνώσκοντας ἀποδοκίμαζε.*

III, 7: *τὸ λέγειν ὡς δεῖ τοῦ φρονεῖν εὖ μέγιστον σημεῖον.*

III, 19: *οὐκ ἀπολείπονται τῶν καιρῶν · ἕκαστον ἐν τῷ δέοντι πράττουσιν.*

IV, 9: *τὰ προσήκοντα περὶ ἑκάστης ἐνθυμηθῆναι.*

De Thucydidis locis infra agam.

Plat. Phaedr. 234 e: *ὡς τὰ δέοντα εἰρηκότος τοῦ ποιητοῦ.* Xenoph. Mem. I, 2, 52: *ἀξίους εἶναι τιμῆς τοὺς εἰδότας τὰ δέοντα καὶ ἑρμηνεῦσαι δυναμένους.*

Optime haec Gorgiae consuetudo de cuiuslibet rei singulis partibus disserendi illustratur in Platonis dialogo, ubi Meno, Gorgiae partes agens, a Socrate interrogatus, quid virtus sit, minime subtiliter respondet; neque enim virtutem generatim definit aut eane doceri possit necne diiudicare audet, sed ut hominem decet ex improviso loquentem satis habet singularum virtutum proprietates explicare. (cf. Is. XIII, 21 *μηδεὶς οἰέσθω με λέγειν ὡς ἔστι δικαιοσύνη διδακτὸν κ. τ. λ.* Quantum hac in re Isocrates a Platonis doctrina discrepuerit, Reinhardtius [p. 30 sq.] luculenter exposuit.) Licet haec Gorgiae doctrina Socrati displicuerit, tamen eam ab Aristotele non prorsus reiectam esse ex pol. I, 9 (G. fragm. 24) liquet. Plenum delectationis

mihi videtur, quod etiam in fragmento Bernaysiano (Mus. Rhen. 1853, p. 432) similem singularum virtutum distinctionem invenimus: *τὸ ἀγώνισμα δισσῶν δὴ ἀρετῶν δεῖται, τόλμης καὶ σοφίας.*

Operae pretium quoque videtur paucis disserere, Isocratem simili modo variato saepissime vocem ‚*ἐπιτήδευμα*‘ adhibuisse, id consilium significantem, quod studio sectamur. Itaque accipi potest tam in malam partem (II, 17: *τὰ μὴ καλῶς καθεστῶτα ἐπιτηδεύματα,* XII, 214: de pravis quibusdam Spartiatarum institutis) quam in bonam: II, 2; III, 10, 43; VIII, 96 (ubi mali bonique mores discernuntur), X, 23; XII, 148. Ubi igitur demonstraturus erat optimam vitae rationem appetentendam esse, adiectivum ‚*κάλλιστον*‘ adiecit: II, 38; VII, 43; VIII, 35; X, 54; XII, 204. Duobus denique locis (XV, 4, 37) illud vocabulum Isocrates de suo ipsius studio, de arte oratoria, usurpavit.

Iam ad id, unde quaestio orta erat, recurramus; cogitantibus nobis talem opportune de quolibet proposito loquendi rationem a Gorgia prolatam esse multo clarius apparebit, cur Plato eius arrogantiam insectatus sit, qui iactare solebat se de quavis re interrogatum nunquam in angustiis esse, quid responderet. Protagoras dicto illo famoso ‚*πάντων μέτρον ἄνθρωπος*‘ in hominum animis omnia cognitionis fundamenta labefactaverat; nec minus sophista Siculus doctrina sua formali omne veri cognoscendi studium tollebat, qui omnia ad opportunitatem referebat neque argumento orationis sed orationi ipsi tantam vim attribuebat, quam ex Helenae et Phaedri locis vidimus. Cum ipsa veritas ideoque verum animi iudicium sublata essent et denegarentur, in omnibus rebus incertis persuasio summam apud homines gravitatem adipisci debebat, qua sola fieri poterat, ut singuli cuiusque sententia etiam a plerisque probaretur et firmaretur; ars rhetorica igitur, quae sub veritatis specie (Gorg. Hel. 13 *λόγων ἀγῶνες, ἐν οἷς εἷς λόγος πολὺν ὄχλον ἔτερψε καὶ ἔπεισε τέχνῃ γραφεὶς, οὐκ ἀληθείᾳ λεχθεὶς)* nihil nisi persuasionem et comprobationem efficere studebat, omnis scientiae summum studium puta-

batur. Talem rationem vel potissimum ex Gorgiae auctoritate ortam esse, ex disciplina eius *εὐκαιρίας* satis elucet. Qua in ratione Isocratem illum eo secutum esse vidimus, ut et eloquentiam philosophiam nominaret et, quam ille inchoaverat, doctrinam *εὐκαιρίας* non solum imitaretur, sed totius disciplinae suae quasi fundamentum adhiberet.

Quanti haec ratio *καιρῶν*, ut de Aristotelis, Anaximenis aliorumque locis variis (Arist. rhet. III, 7; Anax. p. 16, 2, 13; 26, 20; 58, 20; 59, 3; Demosth. I, 7, 41—43; VIII. 42 etc.) taceam, apud posteritatem aestimata sit, apparet ex Hermog. loco (ars rhet. p. 136, Ald.). Summi momenti quoque finis libri Aristotelici, qui *περὶ τῶν σοφιστικῶν ἐλέγχων* inscribitur, est, ubi docemur Gorgiae disciplinam eo contineri, ut discipulis locos communes ediscendos tradere instituerit. (Quae verba supra [p. 6] attuli.) Aristoteli omnino illo loco Gorgiae rationem de notionibus *μελέτη* et *καιροὶ* obversatam esse putem (p. 175, 25) *οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν λόγων ἔχει ὥστε, ἂν δῆλον μὲν ἡμῖν ᾖ, ἀμελέτητοι δ' ὦμεν, ὑστεροῦμεν τῶν καιρῶν πολλάκις.* Quem conexum inter Gorgiam Aristotelisque librum eo firmari puto, quod ab Aristotele mira quaedam sententia quasi exemplum perstringitur, quam etiam alio loco de Gorgia laudat:

Arist. p. 180 a 35: *ἆρ' ἐνδέχεται τὸν αὐτὸν ἅμα εὐορκεῖν καὶ ἐπιορκεῖν.*	Arist. rhet. 3,3 (Gorg. frg. 15): *ἐπιορκήσαντας καὶ εὐορκήσαντας.*[1])

[1]) Sic pro textu certe corrupto scribendum esse Vahlenus recte censuit, ita ut loco medela adhibeatur litteras ‚*κατ*' excutiendo, quae per dittographiam ex voce ‚*καὶ*' facillime in textum venire poterant. Ut Vahleno assentiar, maxime mihi persuadet similitudo loci Aristotelici, quem attuli, et Pseud. Isocr. I, 23, ubi verba *ἐπιορκεῖν — εὐορκεῖν* de industria opponuntur (cf. Andoc. I, 98). Ut Gorgias in frg. 15 acerrime de hominibus nimis blandiloquis iudicat, similibus verbis utitur Isocrates (XV, 18) de calumniatoribus: *διαβολὴ . . . ἣ ποιεῖ τοὺς μὲν ψευδομένους εὐδοκιμεῖν, τοὺς δὲ δικάζοντας ἐπιορκεῖν.*

Cum Gorgiae doctrina formali recte Spengelius aliud eius dictum (frg. 12) *τὰς σπουδὰς τῶν ἀντιδίκων γέλωτι ἐκλύειν, τὰ δὲ γελοῖα ταῖς σπουδαῖς ἐκκρούειν*' conexuit, quomodo orator de qualibet re disserens mediocritatem inter genus serium et iocosum observare debeat; item Isocratem nonnusquam, ubi disciplina *εὐκαιρίας* eius menti obversatur, illam sententiam adnectere inveni: X, 11: *οἱ δὲ κοινοὶ . . . . τῶν λόγων διὰ πολλῶν ἰδεῶν καὶ καιρῶν δυσκαταμαθήτων εὑρίσκονται.* Pergit deinde ‚*καὶ τοσούτῳ χαλεπώτερον ἔχουσι τὴν σύνθεσιν, ὅσῳπερ τὸ σεμνύνεσθαι τοῦ σκώπτειν καὶ τὸ σπουδάζειν τοῦ παίζειν ἐπιπονώτερόν ἐστιν*'. Idem habes: X, 29 *αἰσθάνομαι δ' ἐμαυτὸν ἔξω φερόμενον τῶν καιρῶν καὶ δέδοικα μή τισι δόξω περὶ τούτου μᾶλλον σπουδάζειν ἢ περὶ ἧς τὴν ἀρχὴν ὑπεθέμην*'. Ad eandem Gorgiae (frg. 12) sententiam locum quendam primae orationis Isocratis nomen prae se ferentis spectare puto (I, 31) *μηδὲ παρὰ τὰ γελοῖα σπουδάζων μηδὲ παρὰ τὰ σπουδαῖα τοῖς γελοίοις χαίρων,* sequentia enim verba ‚*τὸ γὰρ ἄκαιρον πανταχοῦ λυπηρὸν*' me recte coniicere docent. Quem quidem conexum cum Gorgia adhuc oculos virorum doctorum fugisse miror. — Afferam denique Aristoph. Ran. 390: *καὶ πολλὰ μὲν γελοῖα μ' εἰπεῖν, πολλὰ δὲ σπουδαῖα.*

Quoniam Gorgiam discipulis locos communes tractandos tradidisse commemoravi, non alienum hoc loco puto, similitudinem quandam gravissimam inter Isocratis orationem Plataicam (45—55) et Lysiam (orat. XII, fin.; XIII, 45) adiungere, ubi uterque rhetor de miseria exulum diserte agit. Sed ipsi locos maxime conspicuos inspiciatis:

Lysias:	Isocrat. XIV:
orat. XII: *τοὺς δὲ ἀπὸ τέκνων καὶ γονέων καὶ γυναικῶν ἀφέλκοντες φονέας αὑτῶν ἠνάγκασαν γενέσθαι.*	*ἄλγιστον ὅταν τις ἴδῃ χωριζομένους ἀπ' ἀλλήλων μὴ μόνον πολίτας ἀπὸ πολιτῶν, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας ἀπ' ἀνδρῶν καὶ θυγατέρας ἀπὸ μητέρων καὶ πᾶσαν τὴν συγγενείαν διαλυομένην.*

οὐδὲ ταφῆς τῆς νομιζομένης εἴασαν τυχεῖν.	οὐδ' ὅμοιον τοὺς τεθνεῶτας ταφῆς εἴργεσθαι.
πλανηθέντες, ἐνδεεῖς ὄντες τῶν ἐπιτηδείων.	στερηθέντες, πάντων τῶν ἀναγκαίων ἐνδεεῖς ὄντες ἀλῆται καὶ πτωχοί.
οἱ δὲ παῖδες ὑμῶν . . . μικρῶν ἕνεκα συμβολαίων ἐδούλευον.	τοὺς παῖδας . . πολλοὺς μικρῶν ἕνεκα συμβολαίων δουλεύοντας.
XIII: αἰσχίστῳ καὶ ἀκλεεστάτῳ ὀλέθρῳ.	οὐδ' αἰσχρῶς οὐδ' ἀκλεῶς.
οἱ μὲν γονέας πρεσβύτας καταλείποντες, οἳ ἤλπιζον ὑπὸ τῶν παίδων γηροτροφηθέντες.	καὶ τοὺς γονέας αὐτῶν ἀναξίως γηροτροφουμένους, (cf. Pl. Menex. 248 d).

Neminem adhuc, quod equidem viderim, demonstrasse miror, quantopere in illa exilii narratione Isocrates et Lysias inter se congruant. Minus tamen statuam Isocratem ipsius Lysiae verba exscripsisse quam ab utroque scriptore communem auctorem adhibitum esse, fortasse Thrasymachum, qui in libro ‚ἔλεοι' inscripto sine dubio tales sententias ad misericordiam concitandam aptas protulerat.

Iam aliam Gorgianae doctrinae partem, externam scribendi formam, perquiramus; qua in re iterum Isocratem magistri auctoritatem secutum esse videbimus. Gorgias qua erat cupiditate novitatis afferendae, ut audientium mentes sibi alliceret, nullam *εὐκαιρίας* rationem repudiavit, ut ingenium suum ostentaret. Haec enim pars Gorgianae disciplinae et ipsa intellegenda est ex illius formali doctrina, qui ullam certam scientiam eruditione comparari posse negabat, sed orationum eventus ex sola opportunitate pendere docebat. Summa igitur vis externae *ὀνομάτων* speciei (i. e. *εὐεπείᾳ*) ex Gorgiae sententia attribuenda est. Quo studio adductus est, ut et primus usum poetice dicendi in sermonem pedestrem transferret (Arist. rhet. III, 1: *διὰ τοῦτο ποιητικὴ πρώτη ἐγένετο ἡ λέξις οἷον ἡ Γοργίου)* et ingenti copia figurarum, quae prius casu magis quam consilio ex ore hominum, ut sententias suas quam

gravissime definirent, evaserant, arte rationeque declamationes suas distinguere coepisset.

Omnia illa externa sermonum ornamenta quae Gorgias adhibuit ad duas partes *ῥήματα* et *σχήματα* referre mihi liceat. Primo capite *ῥήματα Γοργίεια*[1]) metaphoras praecipue et metonymias ex tragicorum sermone desumptas, oxymori usum, adiectiva poetica, glossas denique verba prisca vel rara colligam. Primum commemorem dictionem illam tropicam (frg. 16) *σὺ ταῦτα αἰσχρῶς μὲν ἔσπειρας, κακῶς δὲ ἐθέρισας*, quae non solum, ut Spengelius adnotavit, (cf. Foss, p. 53) apud Platonem (Phaedr. 260 d) invenitur, sed equidem cum illo frg. 16 potissimum coniungam locum Aristophanicum: Av. 1696) *ἔστι . . ἐγγλωττογαστόρων γένος, οἳ θερίζουσί τε καὶ σπείρουσι καὶ τρυγῶσι ταῖς γλώτταισι συκάζουσί τε · βάρβαροι δ' εἰσίν γένος, Γοργίαι τε καὶ Φίλιπποι.* — Ne Suevernius quidem, qui in sua de Avibus commentatione[2]) per totam fabulam a poeta sub Pisthetaeri persona Gorgiam simul cum Alcibiade notari putavit, hos versus cum illo fragmento ab Aristotele tradito conexuit. — Pergam de translationibus agere: frg. 9, *ῥητορικὴ τέχνη, πειθοῦς δημιουργὸς.* Hel. 8, *λόγος δυνάστης μέγας.* 16, *ἡ ἀλήθεια ἐξῳκίσθη.* 17, *οὕτως ἀπέσβεσε καὶ ἐξήλασεν ὁ φόβος τὸ νόημα.* 20, *τύχης ἀγρεύμασιν.* Pal. 10, *τὸ φῶς πολεμεῖ τοῖς τοιούτοις.* 11, *χειμαζόμενοι δι' ἀνάγκην [δοῦλοι].* 30, *νόμους φύλακας τοῦ δικαίου, ἀριθμὸν χρημάτων φύλακα, πυρσοὺς ταχίστους ἀγγέλους.* 35, *δόξα αἰσχρὰ . . . τῷ βίῳ νόσος.*

Metonymiae haec inveni exempla: frg. 5 *οὐκ ἄπειροι οὔτε ἐμφύτου ἄρεος.*

frg. 14: *Ξέρξης ὁ πάντων Ζεύς.*

---

[1]) Vocem *ῥήματα Γοργίεια* e loco Xenophontis (Symp. II, 26) desumpsi, ubi de Gorgiae quadam dictione nimis audacter formata agitur.

[2]) Abhandl. d. Berl. Acad. 1827.

frg. 16: *ἓν τῶν δραμάτων (Αἰσχύλου) μεστὸν Ἄρεως*[1])
Oxymora:

frg. 14: *γύπες ἔμψυχοι τάφοι.* frg. 15: *πτωχόμουσος κόλαξ, ἐπιορκήσαντας καὶ εὐορκήσαντας.*

Frequenter deinde Gorgias, ut sermo pedester exornetur, adiectiva vel participia poetica adhibuit: *ἔνθεος* (bis) *ἄφοβος, ἔμφυτος, ἐνόπλιος, φιλόκαλος, ἀσώματος, ἔμψυχος, πτωχόμουσος, ἔναίμος, ἰσόθεος, φιλόνικος, ἀνίκητος, περίφοβος, πολύδακρυς, φιλοπένθης, ἀβέβαιος, εὐμετάβολος, δυσίατος, ἀνεπίδεικτος, ἀβίωτος, ἀγέννητος, ἄλυπος, ἄθεος.* Rectissime etiam Blassius (I, 65) conspicuum usum adiectivi *δισσὸς* praedicavit: frg. 5; Hel. 10; Pal. 2, 5, 19; frg. Bernays.

Paucae denique glossae, prisca vel rara, ut planius dicam, lectissima verba, in Gorgiae fragmentis exstant; talium verborum usus, poetarum sermoni aptior quam oratoris, illum quidem ornat, hunc tumidum reddit. Quod Cicero (de leg. II, 7) dicit antiquis verbis plus auctoritatis inesse, quodammodo referri potest etiam ad insolita et mirifica verba:

frg. 5: *οἱ τοκεῖς* (poet. pro *γονεῖς)* Pal. 3; 19; 36; Ex schol. Pl. Gorg. p. 339 (frg. 10) *‚χειρούργημα καὶ κύρωσις οὐκ εἴρηται, αἱ δὲ λέξεις Γοργίου ἐγχώριοι, Λεοντῖνος γὰρ ἦν,* duo verba quasi Gorgianae linguae proprietates cognovimus; illius enim patria Leontini Ionum colonia erat, qui verborum copiam maxime vocibus syllaba ‚*μα*‘ vel ‚*σις*‘ finientibus[2]) auxerunt.

frg. 18: *λιταὶ* (bis in Pal. 33).

frg. 21: *ἀκρόαμα καὶ θέαμα,* haec enim verba Gorgiae attribuenda esse Blassius mihi persuasit.

---

[1]) Huc referam locum quendam mutilatum aetatis posterioris (Vol. Herc. VIII, 15) quem sic fere restituam *τοῦ Αἰσχύλου δ[ρᾶμα μεστὸν] ἄρεως ἔλεγε.* De Gorgia agi frequentes voces ad eius doctrinam spectantes mihi persuaserunt: *ἀνδρείαν, ὁ φιλόσοφος, πάσας τὰς ἀρετὰς.*

[2]) cf. Wilamowitzius (Phil. Vers. Wiesb. 1879). Mihi vel maxime abundantia verborum syllaba ‚*μα*‘ finientium apud Gorgiam notanda videtur.

frg. 25: *κελαδεῖν*, quam vocem nusquam in oratione pedestri, saepius apud Pindarum usurpatam inveni.

Hel. 9 *φρίκη*, 10 *ἀλεξητήριον*, 19 *ἀτύχημα*.

Pal. 19 *ἀξίωμα*.

Transeamus ad figuras oratorias; cuius modi etsi exempla apud Homerum, Hesiodum, Solonem, Simonidem, Empedoclem inveniuntur, tamen illud Gorgiae, semper poetarum aemuli, proprium est, quod hasce figuras a vulgi sermone alienas de industria appetens primus orationis ornatum augere studebat; quo in genere autem modum rationemque non tenebat, nescius quid cuique loco sufficeret. (Dionys. Isocr. 15: *οὐ τὸ γένος τῶν σχημάτων μέμφομαι, ἀλλὰ τὸν πλεονασμόν.)*

Ex omnium figurarum numero quattuor, *ἀντίθεσις, παρίσωσις, παρομοίωσις, παρονομασία*, maxime notandae sunt, quas Dionysius Gorgiae proprias attulit; singularum autem definitiones, quas apud antiquos inventas viri docti satis tractaverunt, omittere mihi liceat. Commemorem quoque in eadem enuntiatione saepe varias figuras permixtas inveniri, ut dicit Aristoteles (rhet. III, 9) *ἔστι δὲ ἅμα πάντα ἔχειν ταὐτὸ καὶ ἀντίθεσιν εἶναι τὸ αὐτὸ καὶ πάρισον καὶ ὁμοιοτέλευτον.*

Primum ex copia antithetorum pauca exempla afferam:

frg. 4: *τὰ μὲν κατὰ τῶν βαρβάρων τρόπαια ὕμνους ἀπαιτεῖ, τὰ δὲ κατὰ τῶν Ἑλλήνων θρήνους.*

frg. 5: *τί γὰρ ἀπῆν; τί δὲ καὶ προσῆν;*

" *λαθὼν μὲν τὴν θείαν νέμεσιν*
φυγὼν δὲ τὸν ἀνθρώπινον φθόνον

" *ἔνθεον μὲν τὴν ἀρετὴν.*
ἀνθρώπινον δὲ τὸ θνητὸν.

" *θεράποντες μὲν τῶν ἀδίκως δυστυχούντων*
κολασταὶ δὲ τῶν ἀδίκως εὐτυχούντων.

frg. 15: *αἰσχρῶς ἔσπειρας — κακῶς ἐθέρισας.*

Initium *Ἑλένης* varias illas figuras tam coacervatas praebet, ut vix discerni posssint.

§ 4 *ὁ μὲν ἀνδρῶν κράτιστος, ὁ δὲ πάντων τύραννος.*

§ 12 *ὁ μὲν πείσας ὡς ἀναγκάσας ἀδικεῖ, ἡ δὲ πεισθεῖσα ὡς ἀναγκασθεῖσα ἀκούει κακῶς.* Simul paronomasia.

§ 14 *τὰ μὲν νόσου — τὰ δὲ βίου παύει.*

§ 2: *τῆς μὲν δίκης ἐγώ, τῆς δὲ βίας ὑμεῖς.*

§ 14: *ἐγὼ δὲ ποίᾳ δυνάμει παραλήψομαι, Ἕλλην βαρβάρους* (cf. § 7) *εἷς ὢν πολλούς, πείσας ἢ βιασάμενος. οὔτε γὰρ ἐκεῖνοι πεισθῆναι βούλοιντ' ἂν οὔτ' ἐγὼ βιάσασθαι δυναίμην.* Hoc antitheton verborum *βούλεσθαι — δύνασθαι* saepius a Gorgia usurpatum invenies: frg. 5: *εἰπεῖν δυναίμην ἃ βούλομαι, βουλοίμην δ' ἃ δεῖ.* Pal. 2: *ἀποκτεῖναι γάρ με δυνήσεσθε βουλόμενοι ῥᾳδίως.* Pal. 5: *οὔτε γὰρ βουληθεὶς ἐδυνάμην ἂν οὔτε δυνάμενος ἐβουλήθην.* cf. Pal. 21—27 ex Blassii scriptura. Denique huc spectat fragmentum Bernaysianum: *καλεῖ μὲν τὸν βουλόμενον, στεφανοῖ δὲ τὸν δυνάμενον.* cf. Plat. Men. 78 b, Antiph. V, 73 etc.

In Pal. 24 (cf. § 3) notiones *δοξάζειν — εἰδέναι, δόξα — ἀλήθεια* gravissime oppositae sunt, quas infra apud Isocratem saepius invenies. § 24 *δύο τἀναντιώτατα, σοφίαν καὶ μανίαν.* cf. idem acerrimum contrarium in Pl. Phaedr. 241—244 sq.

Ubi contrariorum locus non est, Gorgias aliis figuris sermoni suo aliquid splendoris adspergere studet, vel totorum membrorum concinnitate *(πάρισον)*, vel nonnullorum verborum initii aut finis responsione *(παρόμοιον)*. Fragmentum (5) orationis funebris adeo parisis abundat, ut omnia enumerare omittam.

Fragmenta 21 et 26 parisa acerrima sunt.

Hel. 6: *ἢ τύχης βουλήμασι καὶ θεῶν βουλεύμασι καὶ ἀνάγκης ψηφίσμασιν — ἢ βίᾳ ἁρπασθεῖσα ἢ λόγοις πεισθεῖσα ἢ ἔρωτι ἁλοῦσα.*

Hel. 7: *καὶ λόγῳ καὶ νόμῳ καὶ ἔργῳ, λόγῳ μὲν αἰτίας, νόμῳ δὲ ἀτιμίας, ἔργῳ δὲ ζημίας.* Similem membrorum dispositionem habes Pal. 17.

Hel. 16: *καὶ τοῦ καλοῦ τοῦ διὰ τὸν νόμον κρινομένου*
καὶ τοῦ ἀγαθοῦ τοῦ διὰ τὴν νίκην γενομένου.

Hel. 19: *τύχης ἀγρεύμασιν, οὐ γνώμης βουλεύμασι καὶ ἔρωτος ἀνάγκαις, οὐ τέχνης παρασκευαῖς.* Simillimum locum invenies apud Thucydidem (I, 144) *γνώμη δὲ πλείονι ἢ τύχη,* ubi doctus quidam scholiastes rectissime adnotavit: *Γοργίειος παρίσωσις.* Commemorem praeterea hoc loco usum verborum *γνώμη — τύχη* invicem relatorum Gorgiae fortasse proprium fuisse; apud imitatores enim praecipue apud Isocratem (II, 30 *μᾶλλόν σου τὴν γνώμην ἢ τὴν τύχην θαυμάζουσι.* III, 37 *οἱ μὲν γὰρ τύχη, καὶ μὴ γνώμη σωφρονοῦντες.* cf. VI, 92; XVIII, 32;) eadem compositio exstat. Sine dubio haec acerrima distinctio inter *τύχην — γνώμην* (vel ut nonnusquam invenitur *τύχη — τέχνη)* plurimum in sophistica ratiocinatione valebat; quae enim maior differentia est quam inter fortunae munera et ea quae mens sibi ipsa comparavit? cf. Xenoph. Mem. I, 4, ubi illa membra quater opponuntur. Hoc contrarium inter casum sollertiamque etiam quodam modo cum ipsa Gorgiae Isocratisque disciplina oratoria coniungendum esse facilius intelleges, si locum Ciceronianum inspexeris: (De invent. I, 4) ‚hoc si forte non natura modo neque exercitatione conficitur, verum etiam artificio quodam comparatur, non alienum est videre etc.‘ Miro enim modo ibi natura *(φύσις, τύχη)* exercitatio *(ἄσκησις, ἐμπειρία)* artificium *(τέχνη, παίδευσις)* discernuntur. — Pergam parisa afferre:

Pal. 13: *προγόνων ἀρεταὶ, χρημάτων πλῆθος, ἀριστεῖαι μαχῶν, ἀλκὴ*[1]) *φρονημάτων, βασιλεία πόλεων.*

Pal. 25: *τοὺς μὲν φίλους βλάψει, τοὺς δ' ἐχθροὺς ὠφελήσει, τὸν δ' αὑτοῦ βίον καταστήσει.*

Iam pauca paromoei exempla afferam: frg. 5: *ἀγάλματα — ἀναθήματα.* frg. 12: *ἐκλύειν — ἐκκρούειν, ἔσπειρας — ἐθέρισας,* 19: *ὡς χρῷτο — ὡς τιμῷτο.* Frg. Bernays:

---

[1]) Blassii coniecturam *ἀκμὴ* non accipiam, nam similiter apud Pind. Nem. III, 39 traditum est *φρενῶν ἀλκή.* cf. Nem. VIII, 24: *ἄγλωσσον μὲν, ἦτορ δ' ἄλκιμον.* Thuc. VI, 34: *ἐκ τῶν ἔργων τῇ ἀλκῇ.* Iliad. XX, 381 *φρεσὶν εἱμένος ἀλκὴν.* Etiam apud ipsum Gorgiam (Hel. 4) *ἀλκὴ* in eodem sensu usurpatur.

ὑπομεῖναι — γνῶναι, βουλόμενον — δυνάμενον. Hel. 2: *παῦσαι τῆς αἰτίας — παῦσαι τῆς ἀμαθίας,* Hel. 6: *βουλήμασι — βουλεύμασι — ψηφίσμασιν.*

Hel. 6: *ἀναθετέον — ἀπολυτέον,* Pal. 19: *μεμπτέον — νομιστέον.* Hanc collocationem adiectivi verbalis extremis syllabis consonantis, ita ut membra congruant, etiam apud Gorgiae aemulos saepissime inveni: Isocr. IV, 8; V, 33, 85, 132; VI, 71; IX, 3; XII, 37, 96, 164, 233; XIV, 10; XV, 117, 149, 174, 175.

Hel. 14: *ἐλύπησαν — ἔτερψαν — ἐφόβησαν — κατέστησαν.*
„ 18: *νόσημα — ἀγνόημα — ἁμάρτημα — ἀτύχημα.*
„ 19: *ἀγρεύμασιν — βουλεύμασιν.*
Pal. 3: *κράτιστος ἀνὴρ — κάκιστος ἀνήρ.*
„ 17: *παραβαίνει — καταλύει — ἀτιμάζει — διαφθείρει.*
„ 34: *ἀδύνατα — ἀνίατα,*
„ 35: *φυλάξατε — ἐπιμείνατε — ποιήσατε.*

His schematis pertractatis, quae verborum ordine vel collocatione fiebant, aspiciamus paronomasiam, quae paulo acrius scriptoris ingenium flagitat, cum eiusdem radicis verbum paululum immutatum denuo usurpetur vel alia vox similiter sonans instituatur.

frg. 5: *ἀπῆν — προσῆν, εὐτυχούντων — δυστυχούντων.*
„ *γνώμην [καὶ ῥώμην]* ex Fossii coniectura; *τῷ φρονίμῳ τῆς γνώμης παύοντες τὸ ἄφρον [τῆς ῥώμης]* add. Sauppius.

frg. 15: *ἐπιορκήσαντας καὶ εὐορκήσαντας.*

Hel. 2: *λέξαι καὶ ἐλέγξαι, ὁμόφωνος — ὁμόψηφος, φήμη καὶ μνήμη, λογισμόν τινα τῷ λόγῳ δοὺς.*

Hel. 6: *θεοῦ προθυμίαν — ἀνθρωπίνῃ προμηθείᾳ.*
„ 10: *ἐπαγωγοὶ — ἀπαγωγοί.*
„ 10: *ἁμαρτήματα — ἀπατήματα.*
„ 11: *πρόνοιαν — ἔννοιαν.* Verbum *ἔννοιαν* a Reiskio textui insertum optime et sensui et dictioni Gorgianae quadrat. cf. Pal. 34: *ταῦτα προνοήσασι μὲν ἀδύνατα — μετανοήσασι δ' ἀνίατα.* Antiph. (II, 8, 12) *ἀνίατος γὰρ ἡ μετάνοια τῶν τοιούτων.*

Hel. 13: τὸν αὐτὸν δὲ λόγον ἔχει ἡ τοῦ λόγου δύναμις.
Pal. 7: σύνειμι καὶ σύνεστι.
„ 14: ἀντὶ τοῦ κρατίστου τὸ κάκιστον.
„ 15: σύνεστε γάρ μοι, διὸ σύνιστε ταῦτα.
„ 23: μάρτυρας, ἀλλὰ καὶ ψευδομάρτυρας.
„ 30: πόριμον ἐξ ἀπόρου καὶ κεκοσμημένον ἐξ ἀκόσμου.
Pal. 30: συναλλαγῶν διαλλαγάς.

Quoniam de his verbis litteris inter se similibus egi, uni loco Gorgianae Helenae (§ 13) medelam afferre coner. Ibi φιλοσόφων λόγων ἅμιλλαι pertractantur, i. e. rhetorum dialecticae altercationes, quibus omnis fides facile mutari concutique possit.[1]) Codicum lectionem ,δείκνυται καὶ γνώμης τάχος' falsam lacunamque statuendam esse recte Blassius adnotat, nam primum ,καὶ' alterum membrum subsequens postulat. Idem vir doctissimus vel ante vel post γνώμης τάχος aliquid excidisse suspicatus vocem ,γλώσσης' proposuit. Duemmlerus (Acad. p. 35) verba ,καὶ λόγου ῥώμη' substituit, quam mutationem ex Isocr. IV, 45 desumpsisse videtur; sed haec mihi coniectura non placet, cum verborum ordo litteris consonantium nimis turbetur neque appareat, quomodo corruptela orta sit. — Equidem, Blassii vocem γλώσσης maxime idoneam amplexus, lacunam ante verba γνώμης τάχος statuere malim. Quomodo autem locus supplendus est? Qua ex difficultate vocabulum ἅμιλλαι mihi exitum praebere videtur: cum veteres Graeci

[1]) Duemmlerus (Acad. 35) mihi valde errare videtur, qui verbis, ,φιλοσόφων λόγων ἅμιλλαι' nihil nisi Socraticorum dialogos notari et tempus, quo Gorgias Epitaphium et Helenam publici iuris fecerit, non longe a sophistae senectute abesse contendit. Huic Helenae loco equidem nullum argumentum inesse dicam, ut de tempore editionis certam conclusionem faciamus. Totam vero quaestionem, quo tempore Gorgias duas servatas declamationes (Helenam et Palamedem) confecerit, multo propius ad veritatem adduxisse mihi Maassius videtur, qui (Herm. XXII, 581) illas ante annum 411 in vulgus editas esse ingeniose demonstravit; Gorgiae epitaphium autem certissime Thucydidi obversatum esse infra ostendam.

ἁμίλλας vel *ἀγῶνας* viserent, cum membrorum iuvenilium agilitatem *(τάχος)* tum corporum praeclaras formas *(κάλλος)* admirabantur. Ex frequenti conspectu nudorum in gymnasiis corporum apud totum populum admirationem artium, quae naturam imitantur, incitatam esse constat. Graecorum morem nihil velandi Thucydides I, 6 rectissime commemorat. Iam nostro loco pro utroque membro translationes ex palaestrae provincia ut ita dicam depromptas esse opinatus equidem, voce *κάλλος* inserta, scribam ‚*καὶ γλώσσης κάλλος καὶ γνώμης τάχος*‘ ita ut verborum adnominatio efficiatur et verba ipsa ex gymnasio translata Gorgiae usu quadrent, quem supra (p. 12 squ.) vidimus. Eorundem verborum sonu congruentium usum inveni apud Eur. frag. 905:

ὃς τάδε λεύσσων θεὸν οὐχὶ νοεῖ
μετεωρολόγων δ' ἑκὰς ἔρριψεν
σκολιὰς ἀπάτας ὧν ἀτηρὰ
γλῶσσ' εἰκοβολεῖ περὶ τῶν ἀφανῶν
οὐδὲν γνώμης μετέχουσα. Deinde apud Antiphontem (V, 5) *τὸ μὲν ῥῆμα τῆς γλώσσης ἁμάρτημά ἐστι, τὸ δ' ἔργον τῆς γνώμης.* Lucian. pro laps. 18 *οὐ τὴν γλῶτταν, ἀλλὰ τὴν γνώμην ἐξετάζειν.* eunuch. 13 *οὐ τὴν γνώμην οὐδὲ τὴν γλῶτταν, ἀλλὰ τὸ αἰδοῖον ἕτοιμον εἰς φιλοσοφίαν ἔχειν.* — Facillime autem ob litterarum similitudinem oculos librarii a priore *καὶ* ad alterum *καὶ* aberrare mediamque partem *(γλώσσης κάλλος)* omittere potuisse, quis est cui non probabile videatur? Ad interpretationem loci ita a me constituti haec adiiciam: notio *κάλλος* ex sophistarum ratione (Pl. Gorg. 474 e) in se iucunditatem et utilitatem complectitur. Quantopere ipse Gorgias verborum speciei et elocutioni expolitae *(γλώσσης κάλλος)* studuerit, satis probatum est. Nec minorem vim tribuit *γνώμης τάχει*, cum certae scientiae nullam auctoritatem concederet, sed omnia ad *εὐκαιρίαν* referret. Qui vero sententiarum argutiis praeditus et in dicendo promptus est, audientibus admirationem sui iniicere potest, velut puerorum certamina spectent.

Iam mihi agendum est de talibus schematis, quae ab antiquis quidem de Gorgia non tradita sunt, diligenter tamen eius reliquias pertractanti non neglegenda videntur. Saepius inveni Gorgiam — et de industria quidem — ad verba clarius distinguenda adhibuisse illud schema, cui nomen ‚chiasmus' dari solet propter verba ita posita ut crucis species efficiatur.

frg. 12: *τὸ τὰς σπουδὰς γέλωτι ἐκλύειν, τὰ δὲ γελοῖα ταῖς σπουδαῖς ἐκκρούειν.*

„ 26: *εἶναι — δοκεῖν, δοκεῖν — εἶναι.*

Animadvertas porro in Hel. 3 quadruplicem vicissitudinem personarum Iovis et Tyndari, de quo solo loco Blassius chiasmi figurae mentionem fecit. — Similiter in § 6 notiones *κρεῖσσον* et *ἧσσον* per vicem ter positas invenies.

Hel. 7: *ἐπιχειρήσας βάρβαρος βάρβαρον ἐπιχείρημα.*

Pal. 5: *οὔτε γὰρ βουληθεὶς ἐδυνάμην ἂν οὔτε δυνάμενος ἐβουλήθην.*

„ 14: *τίς ἂν ἕλοιτο δουλείαν ἀντ' ἐλευθερίας, ἀντὶ τοῦ κρατίστου τὸ κάκιστον.*

„ 16: *ἐπὶ τοῖς ἐντιμωτάτοις — ὑπὸ τῶν ἐντιμωτάτων, ὑφ' ὑμῶν . . . ἐπὶ σοφίᾳ.*

„ 23: *τὸ σέ τε τῶν γενομένων, τῶν τε μὴ γενομένων ἐμέ.*

„ 24: *οὔτε τὴν δόξαν τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν τῆς δόξης.*

„ 26: *εἰ μέν εἰμι σοφὸς, οὐχ ἥμαρτον, εἰ δ' ἥμαρτον, οὐ σοφός εἰμι.*

„ 32: *οὔθ' ὑπὸ τῶν νεωτέρων, οὔθ' ὑπὸ τῶν πρεσβυτέρων, τοῖς μὲν πρεσβυτέροις, τοῖς δὲ νεωτέροις.*

„ 32: *οὔτε πλοῦτον ἀρετῆς, ἀλλ' ἀρετὴν πλούτου.*

Veniamus denique ad aliud schema, cuius mentionem apud viros doctos de Gorgia non inveni, ad figuram *κλίμακος*, quae a latinis auctoribus (Cic. de orat. III, 54; Quintil. IX, 3) gradatio nominatur; Graeci hanc verborum accumulationem appellabant *ἐποικοδομεῖν* (cf. Spengelii adn. ad Arist. Rh. I, 7, 1365.)

frg. 5: εἰπεῖν δυναίμην δ' ἃ βούλομαι, βουλοίμην δ' ἃ δεῖ.
„ 19: Κίμων τὰ χρήματα ἐκτᾶτο μὲν ὡς χρῷτο, ἐχρῆτο δ' ὡς τιμῷτο.

Hel. 14: ἥ τε τοῦ λόγου δύναμις πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς τάξιν, ἥ τε τῶν φαρμάκων τάξις πρὸς τὴν τῶν σωμάτων φύσιν.

Hel. 18: ἐκ πολλῶν χρωμάτων καὶ σωμάτων ἓν σῶμα καὶ σχῆμα.

Neque Isocratem effugit quantum in dicendo lectissimorum verborum usus et certus quidam orationis flos valeant, cum saepius in praeceptis rhetoricis haec externa sermonum ornamenta perstrinxerit artisque poeticae commoda prae difficultatibus, quae orationi pedestri obesse soleant, laudaverit:

IV, 9: τὸ δ' ἐν καιρῷ ταύταις καταχρήσασθαι καὶ τὰ προσήκοντα περὶ ἑκάστης ἐνθυμηθῆναι καὶ τοῖς ὀνόμασιν εὖ διαθέσθαι τῶν εὖ φρονούντων.

V, 27: οὐδὲ ταῖς περὶ τὴν λέξιν εὐρυθμίαις καὶ ποικιλίαις κεκοσμήκαμεν αὐτὸν αἷς νεώτερος ὢν ἐχρησάμην.

IX, 9: μὴ μόνον τοῖς τεταγμένοις ὀνόμασιν, ἀλλὰ τὰ μὲν ξένοις, τὰ δὲ καινοῖς, τὰ δὲ μεταφοραῖς καὶ μηδὲν παραλιπεῖν, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς εἴδεσι διαποικῖλαι τὴν ποίησιν .... οἱ μὲν μετὰ μέτρων καὶ ῥυθμῶν ἅπαντα ποιοῦσιν .... ὅμως αὐταῖς ταῖς εὐρυθμίαις καὶ ταῖς συμμετρίαις ψυχαγωγοῦσι τοὺς ἀκούοντας.

XII, 2: πολλῶν μὲν ἐνθυμημάτων γέμοντας (sc. λόγους) οὐκ ὀλίγων δ' ἀντιθέσεων καὶ παρισώσεων καὶ τῶν ἄλλων ἰδεῶν τῶν ἐν ταῖς ῥητορείαις διαλαμπουσῶν. § 4: πρὸς τὴν ἐκείνων ποικιλίαν.

XIII, 16: ἔτι δὲ τῶν καιρῶν μὴ διαμαρτεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐνθυμήμασι πρεπόντως ὅλον τὸν λόγον καταποικῖλαι καὶ τοῖς ὀνόμασιν εὐρύθμως καὶ μουσικῶς εἰπεῖν.

XV, 46: ὁμοιοτέρους εἶναι τοῖς μετὰ μουσικῆς καὶ ῥυθμῶν πεποιημένοις .... καὶ γὰρ τῇ λέξει ποιητικωτέρᾳ καὶ ποικιλωτέρᾳ τὰς πράξεις δηλοῦσι καὶ τοῖς ἐνθυμήμασιν ὀγκωδεστέροις καὶ καινοτέροις χρῆσθαι ζητοῦσιν, ἔτι δὲ ταῖς ἄλλαις ἰδέαις.

Orationis ornatum artissime cum *εὐκαιρίας* doctrina cohaerere cum loci laudati nos docent tum Alcidamas, omnium diligentissimus Gorgiae assectator, apud quem pro Isocratis verbis (XIII, 16 *εὐρύθμως καὶ μουσικῶς)* aperte legimus *(περὶ σοφιστῶν* 31) *ὑπὲρ ἅπαντος τοῦ προτεθέντος εὐκαίρως καὶ μουσικῶς εἰπεῖν.* Isocrates et Alcidamas quamquam ex eiusdem sophistae disciplina profecti tamen alter alterum acerrime impugnaverunt, cum ille externo sermonum ornamento et studio orationes eleganter scribendi nimiam vim tribueret, Alcidamas autem verborum *λέξιν* inferiorem esse iudicaret quam facultatem ex tempore dicendi *(αὐτοσχεδιάζειν.)*

Iam singula Gorgianae poeticae dictionis exempla apud Isocratem perscrutemur; translationes a sermone pedestri alienas etiam discipulum, sed minus abundanter quam Gorgiam, adhibuisse haec exempla nos docent:

III, 7: *λόγος ἀληθὴς . . . ψυχῆς ἀγαθῆς εἴδωλον.*

III, 62: *τοὺς λόγους τοὺς ἐμοὺς νόμους εἶναι νομίζοντες.*

IV, 25: *τὴν αὐτὴν* (sc. *πόλιν) τροφὸν εἶναι καὶ πατρίδα καὶ μητέρα προσήκει.* cf. Isocr. VI, 43, 76; Andoc. III, 27; Pseudolys. II, 17, 66.

IV, 171: *λόγους ὥσπερ χρησμούς.*

V, 10: *ἀνδρὸς ἀνθοῦσαν τὴν ἀκμὴν ἔχοντος.*

V, 71: *τῶν πράξεων τὰς ἀμφότερα φέρειν δυναμένας ὥσπερ καρπούς.*

VI, 45: *καλόν ἐστιν ἐπιτάφιον ἡ τυραννίς.*

VII, 23: *ἐν τῇ κληρώσει τὴν τύχην βραβεύσειν.*

X, 34: *οὐκ ἄρχοντας, ἀλλὰ νοσήματα τῶν πόλεων.*

XI, 12: *ἀθανάτῳ τείχει τῷ Νείλῳ τετειχισμένην χώραν.*

XII, 138: *πᾶσα πολιτεία ψυχὴ πόλεώς ἐστιν.* cf. VII, 14.

XV, 7: *λόγος ὥσπερ εἰκὼν τῆς ἐμῆς διανοίας.*

XV, 172: *ἡ πόλις ἡμῶν οὐκ ἀκριβὴς ἀλλ' ὥσπερ χειμάρρους.*

Sed transeamus ad adiectiva poetica; praesertim mihi adiectivorum numerus syllaba ‚*φιλ*‘ incipientium notandus videtur: II, 5: *ἰσόθεος,* (X, 61), II, 15 *φιλάνθρωπος καὶ*

φιλόπολις, II, 48 *μυθώδης,* III, 33 *ἄβατος,* IV, 71 *ἀδελφὸς* sensu ,duplex, geminus', similiter X, 23; Ps. Lys. II, 64; Pl. Phaedr. 238 b; IV, 96 *φιλέλλην* (cf. V, 122); IV, 154; IX, 4; X, 17 *ἀείμνηστος;* V, 108 *ὁμόφυλος;* VII, 57 *μισόδημος;* VII, 62 *θεοποίητος;* VIII, 97 *φιλοπόλεμος καὶ φιλοκίνδυνος;* X, 17 *περιμάχητος* (cf. X, 40); X, 57 *φιλόκαλος καὶ φιλόπονος;* XII, 125 *θεοφιλὴς;* XV, 131 *μισόδημος καὶ μισάνθρωπος;* XV, 134 *οὐρανομήκης;* XV, 277 *φιλοσόφως καὶ φιλοτίμως;* epist. V, 2 *φιλάνθρωπος καὶ φιλαθήναιος καὶ φιλόσοφος.*

Glossae vel verba poetica apud Isocratem haec inveniuntur: IV, 45 *θέαμα.* IV, 80; VIII, 141 *λυμεὼν.* IV, 96 *τλῆναι.* VII, 13 *εὐπραγία.* VII, 39 *εὐταξία.* XIV, 46 *ἀλήτης.* Adiectivum *δισσὸς* his locis adhibetur IV, 28; V, 87; XV, 181, 197.

Oxymori exemplum non extat nisi unum clarissimum: IV, 89: *ὃ πάντες θρυλοῦσιν ὥστε τῷ στρατοπέδῳ πλεῦσαι μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζεῦσαι δὲ διὰ τῆς θαλάσσης, τὸν μὲν Ἑλλήσποντον ζεύξας, τὸν δ' Ἄθω διορύξας.* Eadem verba apud Pseudolys. II, 29 leguntur; sed haec fortasse ex ipso Isocratis loco desumpta sunt: ex illa enim argumentatione, quam R. Schoellius (Sitz. Ber. der bair. Acad. 1889) protulit de necessitudine paragraphi 60 ex genuino Demosthenis epitaphio deducendae, concludamus necesse est, Pseudo-Lysianae orationis auctorem Demosthenis aetate inferiorem fuisse. Sed Isocrates ipse alium auctorem — hoc ipsa verba ,*ὃ πάντες θρυλοῦσι*' docent — in illo oxymoro imitatus esse videtur; vestigia vero similiter facetae dictionis etiam apud Thucydidem (IV, 14) latere puto, *οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι, ὡς εἰπεῖν, οὐδὲν ἄλλο ἢ ἐκ γῆς ἐναυμάχουν, οἵ τε Ἀθηναῖοι . . . ἀπὸ νεῶν ἐπεζομάχουν.* Animadvertas Thucydidem quoque dicere ,*ὡς εἰπεῖν*'. Huc denique Olympiodori adnotationem ad Plat. Alc. p. 45 traham: (Nauck. Eur. fr. 1102) *οὗτος* (sc. *Ξέρξης*) *ὥς φησὶν Εὐριπίδης ὅτι θάλασσαν μὲν ἐπέζευξεν.* His exemplis apertum fit ante ipsum Isocratem illud oxymorum usitassimum

fuisse. Ni omnia me fallunt, illud ex Gorgiae epitaphio emanavit; illic enim Xerxis insolentiae mentionem factam esse ex fragmento 14 cognovimus. Gorgiae ipsi fortasse Homericum versum (α. 173) ‚*οὐ μὲν γάρ τί σε πεζὸν ὀΐομαι ἐνθάδ' ἱκέσθαι*' obversatum esse Schwartzius benigne me monuit. Etsi coniecturam meam minus dilucide demonstravi quam divinando assecutus sum, tamen rem quodammodo comprobare possum, cum etiam in Gorgiae libro *περὶ φύσεως* simile quoddam facete dictum latere videatur: (Aristot. De Gorgia, cap. 2 ed. Apel) ‚*εἰ δ' οὕτως, οὐδὲν ἂν εἴποι ψεῦδος, οὐδείς φησιν, οὐδ' εἰ ἐν τῷ πελάγει φαίη ἁμιλλᾶσθαι ἅρματα*'.

Iam perspiciamus Isocratis orationes quaesituri, quomodo in adhibendis figuris oratoriis magistrum imitatus sit; sed ingentem exemplorum copiam in artius coercere mihi liceat. Ac primum quidem adnimadvertamus antitheta: II, 18 *τὰς μὲν ἐργασίας αὐτοῖς καθίστη κερδαλέας, τὰς δὲ πραγματείας ἐπιζημίους, ἵνα τὰς μὲν φεύγωσι, πρὸς δὲ τὰς προθυμότερον ἔχωσι.* cf. III, 50. Similem locum communem invenies Pal. 19 *δισσῶν γὰρ τούτων ἕνεκα πάντα πράττουσιν, ἢ κέρδος τι μετίοντες ἢ ζημίαν φεύγοντες.*

II, 38: *Ὧν τὰς δόξας ζηλοῖς, μιμοῦ τὰς πράξεις.*

II, 46: *λυποῦνται μὲν περὶ τῶν ἰδίων λογιζόμενοι, χαίρουσι δὲ περὶ τῶν ἀλλοτρίων διαλεγόμενοι.*

III, 1: *τοὺς μὲν εὖ λέγειν ἐπιθυμοῦντας ψέγουσιν, τοὺς δ' ὀρθῶς πράττειν βουλομένους ἐπαινοῦσιν.*

III, 1: *οὐκ ἀρετῆς, ἀλλὰ πλεονεξίας ἕνεκα.* cf. Palam. 32: *οὔτε πλοῦτον ἀρετῆς, ἀλλ' ἀρετὴν πλούτου προτιμῶν.*

III, 22: *καὶ τοὺς μὲν πεῖσαι, τοὺς δὲ βιάσασθαι.*

III, 51: *ἐὰν καὶ τὸ σῶμα μὴ παρῇ, τὴν διανοίαν τὴν ἐμὴν οἰέσθω τοῖς γιγνομένοις παρεστάναι.* Similiter Gorgias in fragm. 25 *δόξα — εἶδος* opposuit.

IV, 53: *τοὺς ἀσθενεστέρους εἰθίσμεθα θεραπεύειν . . . . τοῖς ἀσθενεστέροις καὶ παρὰ τὸ σύμφερον βοηθεῖν μᾶλλον ἢ τοῖς κρείττοσι τοῦ λυσιτελοῦντος ἕνεκα συναδικεῖν.* Quis est cui non Gorgiae verba (frg. 5) in mentem veniant?

θεράποντες μὲν τῶν ἀδίκως δυστυχούντων, κολασταὶ δὲ τῶν ἀδίκως εὐτυχούντων, αὐθάδεις πρὸς τὸ συμφέρον.

IV, 58: *ὕμνους — θρήνους*, quam clarissimam antithesin ex Gorgiae epitaphio depromptam esse constat. cf. VIII, 57: *οὐ συμπενθήσοντες ἀλλὰ συνηδόμενοι.*

V, 80: *τοῖς μὲν Ἕλλησι πιστὸς, τοῖς δὲ βαρβάροις φοβερός.* cf. VII, 21.

VI, 35—39: sophistica pensitatione notiones *συμφέρον — δίκαιον* opponuntur; iterum VIII, 66—68: huc adiiciam similem Palamedis locum (§ 33), ubi misericordia, preces, auxilium amicorum in rebus utilibus *(χρήσιμα)*, ipsius autem rei sincera vita in iustis ponuntur *(δίκαιον)*.

VI, 89: *πολὺ κρεῖττον ἐν ταῖς δόξαις αἷς ἔχομεν τελευτῆσαι τὸν βίον ἢ ζῆν ἐν ταῖς ἀτιμίαις.* VI, 91: *τὸν θάνατον μετ' εὐδοξίας αἱρετέον ἐστίν.* Quam oppositionem etiam in Pal. 35 habemus.

VII, 14: *τὰ μὲν ἀγαθὰ διαφυλάττουσα, τὰς δὲ συμφορὰς διαφεύγουσα.* Item XII, 138.

VII, 33: *οὐ ταῖς ἐπιεικείαις χρωμένους, ἀλλὰ τοῖς νόμοις πειθομένους.*

VIII, 93: *μέτριον βίον μετὰ δικαιοσύνης ἢ μέγαν πλοῦτον μετ' ἀδικίας.*

X, 5: *περὶ τῶν χρησίμων ἐπιεικῶς δοξάζειν ἢ περὶ τῶν ἀχρήστων ἀκριβῶς ἐπίστασθαι.* cf. VII, 9, 156.

XII, 141: *φιλεῖν μὲν τὸν δῆμον προσποιουμένους, ὑπὸ δὲ πάντων αὐτὸν μισεῖσθαι ποιοῦντας.*

XII, 156: *ἀκοῦσαι μὲν ἀηδῆ, ῥηθῆναι δ' οὐκ ἀσύμφορον.* —

Haec hactenus de antithetis; nec pauciora exempla ex Isocratis scriptis de usu parisorum et paromoeorum enarrari possunt. Quae vero quoniam innumerabilia et saepius etiam antithetis admixta sunt, locos afferendi laborem fugiam, ne in re luculentissima satietas gignatur. De figura tamen paronomasiae quae saepius quantopere Isocrates se magistro applicuerit illustrare potest, haec exempla proferam:

II, 14; (XV, 72) *τὴν τῶν ἄλλων ἄνοιαν — τὴν αὑτοῦ διάνοιαν*. VIII, 193: *διάνοιαν — πρόνοιαν*. XII, 265: *ταῖς ὑπονοίαις τῆς ἐμῆς διανοίας*. — Ad idem genus paronomasiae spectant III, 56: *ἀσφάλειαν — ἄδειαν*. IV, 46: *ῥώμης — γνώμης*. IV, 186: *φήμην καὶ μνήμην*. V, 134: *τὴν φήμην καὶ τὴν μνήμην*. VI, 64: *αὐτονομίας — ἀνομίας*. VIII, 50: *τῆς εὐγενείας — τῆς δυσγενείας*. IX, 45: *ἡγούμενος, ἀλλ' οὐκ ἀγόμενος*. IX, 72: *εὐπαιδίας καὶ πολυπαιδίας*. XI, 44: *οὐκ ἀπολογίαν, ἀλλ' ὁμολογίαν*. Isocratem denique saepius verbis eiusdem radicis *(ἀρχὴ, λόγος)*, quae duplicem sensum praebent, usum esse satis constat.

Etiam adhibendo chiasmi schemate se ad Gorgiae rationem applicavit:

II, 49: *ὁ μὲν τοὺς ἀγῶνας ἐμυθολόγησεν, οἱ δὲ τοὺς μύθους εἰς ἀγῶνας κατέστησαν*.

IV, 45: *καλῶς ἀποθανεῖν ἢ ζῆν αἰσχρῶς*.

IV, 151: *θνητὸν μὲν ἄνδρα προσκυνοῦντες καὶ δαίμονα προσαγορεύοντες, τῶν δὲ θεῶν μᾶλλον ἢ τῶν ἀνθρώπων ὀλιγωροῦντες*.

V, 3: *καὶ σὺ μὲν πολεμεῖς ὑπὲρ τῶν ἡμῖν συμφερόντων, ἡ δὲ πόλις ὑπὲρ τῆς σῆς δυναστείας*.

VII, 45: *τὰς ἀπορίας μὲν διὰ τὰς ἀργίας γιγνομένας, τὰς δὲ κακουργίας διὰ τὰς ἀπορίας*.

VII, 69: *τῶν μὲν πολιτῶν ἄρχειν, τοῖς δὲ πολεμίοις δουλεύειν — τῶν μὲν ἄλλων ἄρχειν, τοῖς δὲ πολίταις δουλεύειν*.

IX, 10: *μετὰ μέτρων καὶ ῥυθμῶν ἅπαντα ποιοῦσιν, . . . ταῖς εὐρυθμίαις καὶ τοῖς συμμετρίαις ψυχαγωγοῦσιν*.

X, 21: *Ἑλένης ἔπαινος ἢ κατηγορία Θησέως*.

XVIII, 46: *ἀμαθεστάτους καὶ δυστυχεστάτους, εὐδαιμονέστατοι καὶ σωφρονέστατοι*.

XVIII, 49: *τὸν παρόντα μισήσας, — δείσας τὸν ἐπιόντα*.

Gradationis exemplum apud ipsum Isocratem (nisi unum II, 50 *οὐχ ἕνα τῶν πολλῶν, ἀλλὰ πολλῶν ὄντα τύραννον)* nullum, in spuria prima oratione unum inveni:

I, 24: *βραδέως μὲν φίλος γίγνου, γενόμενος δὲ πειρῶ διαμένειν*.

Sed manum de tabula! Satis probatum puto Isocratem quoque maxime studuisse splendori externo et speciei orationum, etsi Gorgiae ingenium multo intemperantius in illis luxuriabat. Iam restat ut paucis explicem, quam frequenter uterque rhetor eadem argumenta similesve locos communes tractaverit. Qui conexus rarius eo constat, ut Isocrates, etiamsi huius generis exempla affatim exstent, Gorgiae dicta compilaverit, sed ut, idem propositum tractans, de industria ea quae G. dixerat vitet vel rursus quae ille omiserat ipse fusius pertractet. — Perlegenti mihi Isocratis orationem, qua Nicoclem de vita recte instituenda monet, semper in his praeceptis similitudo cum Gorgiae oratione funebri occurrit:

Gorg. frg. 5: *δισσὰ ἀσκήσαντες μάλιστα ὧν δεῖ γνώμην καὶ ῥώμην.*	Item Isocrates in § 11 corporis et animi exercitationes inter se pensitat.
θεράποντες μὲν τῶν ἀδίκως δυστυχούντων, . . . ὑβρισταὶ εἰς τοὺς ὑβριστάς.	§ 16: *τὸ πλῆθος θεραπεύειν . . . μήθ' ὑβρίζειν τὸν ὄχλον ἐᾷς μήθ' ὑβριζόμενον περιορᾷς.* — § 23: *μὴ βούλου περιδεεῖς εἶναι τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντας.*
τί γὰρ ἀπῆν τοῖς ἄνδρασι τούτοις, ὧν δεῖ ἄνδρασι προσεῖναι.	§ 17: *ταῦτα γὰρ ἅπαντα προσεῖναι δεῖ τοῖς καλῶς κειμένοις.* cf. IX, 46.
σεμνοὶ πρὸς τοὺς θεοὺς τῷ δικαίῳ.	§ 20: *τὰ μὲν πρὸς τοὺς θεοὺς . . . . ὡς βέλτιστον καὶ δικαιότατον σαυτὸν παρέχῃς.*
δίκαιοι μὲν πρὸς τοὺς ἀστοὺς τῷ ἴσῳ, εὐσεβεῖς δὲ πρὸς τοὺς φίλους τῇ πίστει.	§ 20: *φυλακὴν ἀσφαλεστάτην τοῦ σώματος εἶναι τὴν τῶν φίλων ἀρετὴν καὶ τὴν τῶν πολιτῶν εὔνοιαν.*
τὸ πρᾶον ἐπιεικὲς τοῦ αὐθάδους δικαίου προκρίνοντες.	§ 23: *πρᾶος δὲ [φαίνου] τῷ τὰς τιμωρίας ἐλάττους ποιεῖσθαι τῶν ἁμαρτανομένων.*

τὸ δέον ἐν τῷ δέοντι καὶ λέγειν καὶ σιγᾶν καὶ ποιεῖν.	§ 33: *ἐπισκόπει τοὺς λόγους ἀεὶ τοὺς σαυτοῦ καὶ τὰς πράξεις.* § 45: *φιλοπόνους εἶναι τοὺς τῶν δεόντων τι ποιοῦντας.*
μαρτύρια δὲ τούτων τρόπαια ἐστήσαντο τῶν πολεμίων, Διὸς μὲν ἀγάλματα, αὑτῶν δὲ ἀναθήματα	§ 36: *βούλου τὰς εἰκόνας τῆς ἀρετῆς ὑπόμνημα μᾶλλον ἢ τοῦ σώματος καταλιπεῖν.*
αὐτῶν ἀποθανόντων ὁ πόθος ἀθάνατος ζῇ.	*ἐπειδὴ θνητοῦ σώματος ἔτυχες, πειρῶ τῆς ψυχῆς ἀθάνατον μνήμην καταλιπεῖν.*

Quamquam hi loci communes non verbotenus congruunt, tamen ob copiam similitudinum conexum inter Gorgiam discipulumque statuam.

Transeamus ad Isocratis Panegyricum, ubi idem argumentum, ac Gorgias in Olympico, tractavit; in prooemio aperte ad illius librum spectat. Saepius deinde etiam ex Gorgiae epitaphio imitationes subripit, quae oratio, ut ex Thucydidis analogia concludere possumus, similis argumenti fuisse videtur. Pauca a me prius commemorata sunt (de IV, 53 videas supra p. 36; in § 89 notissimum illud oxymorum extat; in § 158 *θρήνους* — *ὕμνους*). Exemplum magis conspicuum habemus in § 45, ubi Isocrates tragoedias *(θεάματα)* et sermonum certamina inter eas res collocat, quae urbi decori iisque qui illam visunt delectationi sunt. Hoc loco certissimus conexus cum Gorgiae fragmento 21 exstat, qui *θεάματα*, quae spectaturi homines Athenas convenirent, inter urbis laudes enarrasse videtur. Mirifice quoque, ut primo obtutu videtur, ille tragoediam beneficam fraudem adversus hominum mentes appellaverat; quae de fabularum genere sententia ex sophistae ratione *εὐκαιρίας* intellegenda est: ut enim orator in declamationibus suis magis ad speciem[1])

[1]) Hel. 13: *εἷς λόγος πολὺν ὄχλον ἔτερψε καὶ ἔπεισε, τέχνῃ γραφείς, οὐκ ἀληθείᾳ λεχθείς.*

quam ad veritatem spectat, ita poetae dicta sua omnia ad decipiendos et admiratione percutiendos animos spectatorum[1]) instruunt. Huc etiam pertinent Isocratis verba (IV, 168), quantopere tragoedia humanas mentes commovere soleat: *ἐπὶ μὲν ταῖς συμφοραῖς ταῖς ὑπὸ τῶν ποιητῶν συγκειμέναις δακρύειν ἀξιοῦσιν, ἀληθινὰ δὲ πάθη, πολλὰ καὶ δεινὰ γιγνόμενα διὰ τὸν πόλεμον, ἐφορῶντες τοσούτου δέουσιν ἐλεεῖν, ὥστε καὶ μᾶλλον χαίρουσιν ἐπὶ τοῖς ἀλλήλοιν κακοῖς ἢ τοῖς αὑτῶν ἰδίοις ἀγαθοῖς*, et II, 46: *λυποῦνται μὲν περὶ τῶν ἰδίων λογιζόμενοι, χαίρουσι δὲ περὶ τῶν ἀλλοτρίων διαλεγόμενοι, βούλοιντο δ' ἂν τῷ σώματι κακοπαθῆσαι μᾶλλον ἢ τῇ ψυχῇ πονῆσαι.* Quae si comparaveris cum Gorgiae verbis (Hel. 9) ‚*ἧς ποιήσεως τοὺς ἀκούοντας εἰσῆλθε καὶ φρίκη περίφοβος καὶ ἔλεος πολύδακρυς καὶ πόθος φιλοπενθής, ἐπ' ἀλλοτρίων τε πραγμάτων καὶ σωμάτων εὐπραγίαις καὶ δυςπραγίαις ἴδιόν τι πάθημα διὰ τῶν λόγων ἔπαθεν ἡ ψυχή*', sine dubio mihi concedes Isocratem ad Gorgiae locum spectasse, neque magis similitudinem quandam denegabis inter Gorgiae verba ‚*τὴν ποίησιν ἅπασαν καὶ νομίζω καὶ ὀνομάζω λόγον ἔχοντα μέτρον*' (quae sententia Platonis loco confirmatur: (Gorg. 502 c) *εἴ τις περιέλοιτο τῆς ποιήσεως πάσης τό τε μέλος καὶ τὸν ῥυθμὸν καὶ τὸ μέτρον, ἄλλο τι ἢ λόγοι γίγνονται τὸ λειπόμενον;*) et Isocr. IX, 9; XIII, 15; XV, 45—47.

Agedum redeamus ad ipsum panegyricum. Cum Gorgiam pugnae Salaminiae singulas res narrasse ex fgm. 18 *(καὶ Γοργίας· ἀνεμίσγοντο δὲ λιταῖς ἀπειλαὶ καὶ εὐχαῖς οἰμωγοί)* concludere possimus, Isocratem (in § 97) hanc narrationem quasi consulto praetervolare videmus, ipsum magistrum hisce verbis notantem: *καὶ τοὺς θορύβους καὶ τὰς κραυγὰς καὶ τὰς παρακελεύσεις ἃ κοινὰ πάντων ἐστὶ τῶν ναυμαχούντων, οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ λέγοντα διατρίβειν· ἃ δ' ἐστὶν ἴδια, ταῦτα δ' ἐμὸν ἔργον ἐστὶν εἰπεῖν.* Fere eodem transitu usus est Isocr. IX, 31; etiam Thucydides (VII, 71) similibus verbis ac Gorgias terrorem tumultumque pugnae

[1]) Ibidem: *ἡ πειθὼ προσοῦσα τῷ λόγῳ καὶ τὴν ψυχὴν ἐτυπώσατο.*

navalis descripsit: *ἦν τε . . . πάντα ὁμοῦ ἀκοῦσαι, ὀλοφυρμὸς, βοὴ, νικῶντες, κρατούμενοι.*

Iam mihi agendum erit de Isocratis Helena, quam ad Gorgiae librum referendam Blassius (I, 73) Duemmlerus (Acad. 35) statuerunt, Spengelius (Art. scr. 74) plane negavit. Quo in discrimine equidem Keilium qui Isocratis orationem contra simile Anaximenis opus scriptam esse disseruit sequar, ita tamen ut sive Isocrati ipsi orationem X conficienti sive Anaximeni eius adversario nonnusquam Gorgiae librum obversatum esse contendam. Sed afferam similitudines, quae opinionem meam fulciant:

Isocr. X, 47: *κακῶς γὰρ παθεῖν ὑπὸ κρεισσόνων, οὐδὲν κωλύει καὶ τοὺς μηδὲν ἐξημαρτηκότας.*	Gorg. Hel. 6: *πέφυκε γὰρ οὐ τὸ κρεῖσσον ὑπὸ τοῦ ἥσσονος, ἀλλὰ τὸ ἧσσον ὑπὸ τοῦ κρείσσονος ἄρχεσθαι . . . θεὸς ἀνθρώπου κρεῖσσον.* § 19: *εἰ θεὸς ὢν θείαν δύναμιν ἔχει, πῶς ἂν ὁ ἥσσων εἴη τοῦτον ἀπώσασθαι δυνατός; οὐχ ὡς ἁμάρτημα μεμπτέον.*
Isocratis verbis (§ 54—59) inest laus pulchritudinis, quae ubi visa est omnia vincit, ita ut Paridis culpa ab hominibus levior ducatur oporteat *τῶν δὲ καλῶν ἔρως ἡμῖν ἐγγίγνεται, τοῖς δὲ καλοῖς εὐθὺς ἰδόντες εὖνοι γιγνόμεθα.*	Gorgias in § 15—19 exposuit, quanta auctoritate *ἔρως* apud homines sit: *διὰ τῆς ὄψεως ἡ ψυχὴ τυποῦται. πολλοῖς δὲ πολλὰ πολλῶν ἔρωτα καὶ πόθον ἐνεργάζεται πραγμάτων καὶ σωμάτων. εἰ δ' οὖν τῷ τοῦ Ἀλεξάνδρου σώματι τὸ τῆς Ἑλένης ὄμμα ἡσθὲν προθυμίαν καὶ ἅμιλλαν ἔρωτος τῇ ψυχῇ παρέδωκε, τί θαυμαστόν.*

Deinde hosce Isocratis locos (21) *τὸν μὲν ἀνδρίας, τὸν δὲ σοφίας,* (51) *οὐχ ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου καὶ Μενελάου φιλονικοῦντες, ἐν ὁποτέρᾳ τὸ σῶμα τοὐκείνης κατοικήσειεν,* (59) *Ζεὺς ὁ κρατῶν πάντων* (61) *ἰσόθεος* cum Gorgiae verbis praecipue

cum quarta paragrapho congruere quis negabit? Iam satis probatum puto, licet Isocrates permulta ex ipsius arbitrio vel alium quendam scriptorem impugnaturus mutaverit, certa tamen vestigia Gorgianae Helenae verbis eius inesse. Quam meam opinionem minime Keilii argumentationi repugnare existimo.

Denique disseram de loco Aristotelico ubi Gorgiae iactatio, quod se nusquam oratio deficeret, exemplo[1]) illustratur. Quae verba etsi Vahlenus sophistae abiudicavit, tamen equidem Gorgiae genuina putem. Vahlenus Isocratis locum (IX, 13—17) cum Aristotelis verbis comparavit. Cui exemplo alterum magis conspicuum adiiciam Is. III, 42 *τῶν μὲν θνητῶν εἰς Εὐαγόραν τὸν πατέρα, τῶν δ' ἡμιθέων εἰς Αἰακίδας, τῶν δὲ θεῶν εἰς Δία.* — Ubi cum Isocrates fere eosdem cognationis gradus tractaverit, utroque loco ei Gorgiae quendam librum — fortasse ‚*Ἀχιλλέως ἐγκώμιον*‘ inscriptum — obversatum esse existimem. Omnino me non ntellegere fateor, cur Gorgias, qui *Ἑλένης ἐγκώμιον* et *Παλαμήδους ἀπολογίαν* confecerit, Achillis laudationem ad idem fabularum genus spectantem aggredi non potuerit.

---

[1]) rhet. III, 7 *ὃ ἔλεγε Γοργίας, ὅτι οὐχ ὑπολείπει αὐτὸν ὁ λόγος ταὐτό ἐστιν· εἰ γὰρ Ἀχιλλέα λέγων Πηλέα ἐπαινεῖ, εἶτα Αἰακόν, εἶτα τὸν θεόν, ὁμοίως δὲ καὶ ἀνδρίαν, ἣ τὰ καὶ τὰ ποιεῖ ἢ τοιόνδε ἐστίν.*

II.

Quoniam in priore capite non solum exposui, quid Isocrates ipse de arte sua iudicaverit et quantum hac in re Gorgiae debuerit, sed etiam demonstravi Isocratis auxilio fieri posse, ut planiorem ipsius magistri disciplinae rhetoricae notionem animo concipiamus, Gorgianae doctrinae imitationes etiam ex aliis scriptoribus investigare mihi liceat.

Polum Agrigentinum Blassius rectissime inter Gorgiae veterrimos discipulos rettulit; qui vero quantopere magistri disciplinam amplexus sit, praeter Dionysii testimonium (Lys. 3: *καὶ τῶν ἐκείνου [Γοργίου] συνουσιαστῶν οἱ περὶ Πῶλον καὶ Λικύμνιον)* ex tota ratione Platonis dialogi qui Gorgias inscribitur intellegere possumus, ubi Polus summa necessitudine cum sophista Leontino coniunctus est. Accedant pauca verba, quae ad ipsum Polum spectare videntur. Pl. Gorg. 448 c peritiam ex arte, imperitiam ex casu pendere docet, quale contrarium supra de Gorgia accuratius tractavi. Eidem loco etiam antitheta et paronomasiae insunt. Porro ex Phaedro (267 a) pauca de Poli ratione dicendi eruere possumus, ubi Schwartzio suadente sic legam: *τὰ δὲ Πώλου πῶς φράσομεν αὖ μουσεῖα λόγων, ὡς διπλασιολογίαν καὶ γνωμολογίαν καὶ εἰκονολογίαν, ὀνομάτων τε [ὧν] Λικύμνιος ἐκείνῳ ἐδωρήσατο προσποίησιν εὐεπείας,*[1]) Licymnius enim et ipse docuerat in elocutione

---

[1]) Plerumque optimum Clarkianum (B) secutus sum; inserui *ὧν*, mutavi *Λικύμνιος* et *προσποίησιν*, ubi codex B *Λικυμνίων* et *πρὸς ποίησιν* praebet.

speciem verborum maxime affectandam esse. Verba *μουσεῖα λόγων*, quorum interpretatio viris doctis haud exiguas difficultates praebuit, ex analogia loci Alcmanici (*χελιδόνων μουσεῖα* = multae garrulaeque hirundines) intellegam, ita ut Poli dictio multo inani verborum strepitu, praecipue paronomasia, referta notetur. Cuiusmodi luculentissima exempla vocis ‚*λόγος*‘ saepius iteratae apud Platonem adnexa sunt, *διπλασιολογίαν, γνωμολογίαν, εἰκονολογίαν*, quae de industria per parechesin formata sunt. In Plat. Phaedr. 274, ubi *εὐκαιρίας* doctrina definiebatur, similis formatio exstat: *βραχυλογίας καὶ ἐλεεινολογίας* et in Pl. Gorg. 449 c *τῆς βραχυλογίας, μακρολογίας δὲ εἰσαῦθις*. — Ex duobus quos commemoravi locis (Dionysii et Platonis) inter Polum et Licymnium conexum quendam exstitisse apparet. Etsi ex Licymnii dictis fere nihil servatum est quod aperte ad Gorgiam referatur, tamen illud mihi gravissimum videtur, quod unam eloquentiae partem cui Gorgias summam vim tribuerat (*ὀνομάτων κάλλος*) a Licymnio in arte oratoria tractatam esse per Aristotelem (rhet. III, 2, 13) certiores fimus. Etiam ex Phaedri loco simile Licymnii studium intellegi potest.

Transeamus ad Agathonem tragicum poetam[1]); primum Plato in tota illa oratione splendore referta, qua Agathonem in symposio Amoris laudes celebrantem finxit, certum quendam cum Gorgia conexum significavit et similitudine ipsorum nominum Gorgiae et Gorgus, funesti illius monstri, ingeniose lusit. Postquam Phaedrus, Pausanias, Eryximachus, Aristophanes de Amore disseruerunt, Agatho adhortante Socrate dicendi partes suscipit. Iam ipso initio et saepius deinde Gorgianae *εὐκαιρίας* disciplinae memoriam nobis affert, eo quod subtiliter orationis singulas partes discribit. ‚*πρῶτον μὲν εἰπεῖν ὡς χρή με εἰπεῖν,*

---

[1]) Licet Blassius de Agathonis imitationibus Gorgianis diserte egerit, tamen quaestionem non ita absolvisse mihi videtur, ut eam denuo tractare supersedeam.

ἔπειτα εἰπεῖν. Tota Agathonis ratiocinatio fere eadem partium dispositione progreditur, quam a Gorgia adhibitam supra pag. 27 vidimus, ita ut primum tota materia disponatur, singulae subinde res fusius explicentur. Quod quidem Agathonis oratio ad interiorem vim amoris intellegendam novas cogitationes fere nullas profert, hoc ad Platonis consilium referamus oportet, qui talem sophistici cavillatoris personam, ut ita dicam, Agathoni imposuit, quo altiorem reddat suam ipsius sententiam, quam finita illius oratione Socratem Diotima auctore de Amore *Πενίας* et *Πόρου* filio[1]) finxit. Attamen tota Agathonis oratio nobis Gorgianae dictionis imaginem praebet, ut ipse Socrates omnes perterritos esse *τῷ κάλλει τῶν ὀνομάτων καὶ ῥημάτων* dicat. Iam pauca disseram de poetico ornatu figurisque oratoriis. Ut Gorgias (Hel. 8) *λόγον μέγαν δυνάστην* appellat, ab Agathone translativo sensu *οἱ νόμοι . . . τῆς πόλεως βασιλῆς* dicuntur, quae dictio etiam de Alcidamante tradita est. (cf. Duemmler, Acad. p. 39). Aliae metaphorae sunt: *ἀπηνθηκὸς σῶμα, φανὸς* et *σκοτεινὸς* de artificibus, *ἡ κυβέρνησις θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων, ἡ τῆς ἀνάγκης βασιλεία, ἔρως τρυφῆς πατήρ. ἐν πόνῳ κυβερνήτης, ἐπιβάτης*. Poetarum sermonem redolent verba ‚*ἣν ᾄδει θέλγων θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων νόημα*‘ quam vocem rarissimam etiam Gorgias (Hel. 17) usurpavit. Agathonis verba ‚*Ἔρως ὃς ἐν τοῖς μαλακωτάτοις τῶν ὄντων καὶ βαίνει*

---

[1]) Etsi omnino Platonis aetate multa de *ἔρωτος* natura disputata esse constat, tamen utrum philosophus egregiam hanc narrationem de Amore ex paupertate et ubertate orto, quas quidem res Plato corporea specie induit, sibi ipse finxerit an aliunde desumpserit, neminem adhuc diligentius inquisivisse miror. Unum locum Thucydideum (III, 45) sophistica ratione sine dubio refertum afferam, unde concludere possumus illud propositum, amorem quodam modo cum inopia et ubertate cohaerere, illo tempore saepius in sophistarum disceptationibus tractatum esse: *ἡ μὲν πενία ἀνάγκη τὴν τόλμαν παρέχουσα, ἡ δὲ ἐξουσία ὕβρει τὴν πλεονεξίαν καὶ φρονήματι, αἱ δὲ ἄλλαι ξυντυχίαι . . . ἐξάγουσιν εἰς τοὺς κινδύνους· ἥ τε ἐλπὶς καὶ ὁ ἔρως ἐπὶ παντί, ὁ μὲν ἡγούμενος, ἡ δ'ἐφεπομένη.*

καὶ οἰκεῖ‘ sine dubio ad Sophoclis celeberrimum locum (Antig. 783) spectant:

Ἔρως . . . ὃς ἐν μαλακοῖς παρείαις
νεάνιδος ἐννυχεύεις, quem conexum certissimum nemo adhuc interpretum, quod equidem viderim, adnotatvit. — Adiectivorum poeticorum permulta exempla exstant: *ἀνανθὴς, εὐανθὴς, εὐώδης, φιλόδωρος, ἄδωρος, θεατὸς, ἀγαστὸς, ἄμοιρος, εὔμοιρος.* Ut de magna copia antithetorum, parisorum, paromoeorum taceam, pauca paronomasiae exempla Gorgianis locis simillima proferam: *οἷος οἵων αἴτιος ὤν, ἀεὶ ξύνεστί τε καὶ ἔστιν, ὅμοιον ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει, πολλὰ ἄλλα ὁμολογῶν τοῦτ' οὐχ ὁμολογῶ, καὶ εἰσιὼν τὸ πρῶτον καὶ ἐξιὼν, ἑκὼν ἑκόντι ὁμολογήσῃ, κρείττων ὁ ἔχων τοῦ ἐχομένου, τοῖς ἄλλοις ἄλλων αἴτιος εἶναι, φιλόδωρος εὐμενείας ἄδωρος ἀμενείας, ζηλωτὸς ἀμοίροις κτητὸς εὐμοίροις, ἐπιμελὴς ἀγαθῶν ἀμελὴς κακῶν.* — Unum chiasmi exemplum exstat: *Ἔρως οὔτ' ἀδικεῖ οὔτ' ἀδικεῖται, οὔθ ὑπὸ θεοῦ οὔτε θεόν.* Clausula denique totius orationis, ‚*τὰ μὲν παιδιᾶς, τὰ δὲ σπουδῆς μετρίας, καθ' ὅσον ἐγὼ δύναμαι, μετέχων*‘ ad magistri rationem referam, quomodo mediocritas inter serium iocosumque genus dicendi observetur. Gorg. frg. 12; Hel. fin. — Etiam ex Aristophanis Thesmophoriazusis de Agathone Gorgiae aemulo certiores fimus, ubi verbis eius semper quidem splendor inest, sive dictio poetica sive figurae oratoriae: v. 146 *τοῦ φθόνου μὲν τὸν ψόγον ἤκουσα, τὴν δ' ἄλγησιν οὐ παρεσχόμην.*

v. 198 *τὰς συμφορὰς γὰρ οὐχὶ τοῖς τεχνήμασι*
φέρειν δίκαιον, ἀλλὰ τοῖς παθήμασιν.

Optime dicto eius notatur in v. 49: *ὁ καλλιεπὴς Ἀγάθων,* neque deest vestigium doctrinae de qualibet re *εὐκαίρως* dicendi (v. 177)

Ἀγάθων, σοφοῦ πρὸς ἀνδρὸς ὅστις ἐν βραχεῖ
πολλοὺς καλῶς οἷός τε συντέμνειν λόγους. Etiam fragmentis poeticis Agathonis (ed. Nauck) Gorgianae disciplinae vestigia insunt; in frg. 6 et 8 inveni voces *τύχη — τέχνη* oppositas, in frg. 11 adnominationis exemplum, in frg. 20

sophisticam oppositionem. Etiam voces sonu inter se similes (27) *γνώμη — ῥώμη* extant, quas Gorgiam adamasse saepius ostendi. Chiasmi usum tribus locis (frg. 6, 11, 12) inveni. Porro frg. 14 *γυνὴ τὸ σῶμα . . δι' ἀργίαν ψυχῆς φρόνησιν ἐντὸς οὐκ ἀργὸν φορεῖ* coniungas cum Gorgiae simili sententia de mulierum natura (frg. 25). Denique fragmento 13, ubi nova quaedam dicendi ratio carpitur:

ἀπολεῖς μ' ἐρωτῶν καὶ σὺ χὠ νέος τρόπος

ἐν οὐ πρέποντι τοῖς λόγοισι χρώμενος' ni egregie fallor vestigium inest Gorgianae doctrinae *εὐκαίρως* dicendi; vocem enim *πρεπόντως* sive *προσηκόντως* artissime cum eadem ratione cohaerere multi loci Isocratei nos docent. Haec hactenus de Agathone.

Gorgianae disciplinae post magistri mortem princeps fuisse Alcidamas traditur; qui rhetor quantopere praeceptoris morem dicendi doctrinamque *εὐκαιρίας* amplexus sit, cum fragmenta eius ab Aristotele servata tum egregia illa oratio *περὶ σοφιστῶν* inscripta nos docent.[1]) Inter Isocratem et Alcidamantem acerrimam simultatem exstitisse supra ostendi. Quoniam vero Vahlenus de Alcidamante luculenter disserruit, ampliora quae proferam non habeo.

Antisthenem quoque Cynicae philosophiae auctorem Gorgia magistro usum esse Diogen. L. IV, 1 testatur: *κατ' ἀρχὰς μὲν ἤκουσε Γοργίου τοῦ ῥήτορος · ὅθεν τὸ ῥητορικὸν εἶδος ἐν τοῖς διαλόγοις ἐπιφέρει.* Gorgianae quidem elocutionis vestigia neque in fragmentis neque in duabus declamationibus *(Αἴας, Ὀδυσσεύς)* quae magna probabilitate Antistheni auctori vindicantur satis conspicua exstant. Quantum vero Gorgiae doctrina de quolibet proposito *(εὐκαίρως)* sive in bonam sive in malam partem disserendi etiam apud Antisthenem valuerit, ex Hermippi narratione intellegi potest, illum quondam in Graecorum conventu se

---

[1]) In spuria quoque declamatione *(Ὀδυσσεύς)* Alcidamantis nomen prae se ferente imitationem quandam doctrinae *εὐκαιρίας* latere puto: (§ 1) ‚*εἰκῇ τε λόγους ἀναλίσκουσιν ἀκαίρους περὶ ὧν ἂν τύχωσιν.*'

paravisse de nobilissimis Graeciae civitatibus et laudationem et vituperationem proferre.

De scriptis pseudohippocrateis et de Archytae fragmento disserere mihi supervacaneum videtur, cum Blassius (I, 89) et Maassius (Herm. XXII, 566) diserte de hisce Gorgiae imitationibus egerint.

Diligentius vero mihi de Lysia disputandum est; qui etsi non aperte ab antiquis inter Gorgiae discipulos refertur, tamen sophistae imitationes tam perspicuas in scriptis suis reliquit, ut hoc non fortuito factum, sed illum quodammodo ex Gorgiae disciplina profectum esse nobis concludendum sit. Licet Blassius ubi de Lysiae genere dicendi agit nonnusquam veritatem perstrinxerit, tamen hoc mihi in eius argumentatione maxime displicuit, quod Dionysii iudicio se nimis applicavit. Dionysio quidem, semper Gorgiae novitatum obtrectatori, qui ex ratione aetatis suae soli generi Lysianae eloquentiae favebat, acerrimum inter utrumque rhetorem discrimen faciendum videbatur, cum Lysiam non nisi ex sermonibus forensibus aestimaverit. Sed ut Lysiam ante XXX viros exactos soli generi *ἐπιδεικτικῷ*, deinde re familiari amissa vel maxime generi *δικανικῷ* studuisse constat, item opera eius omnia nobis minime promiscua habenda, sed in orationes demonstrativas et iudiciales dividenda sunt, quarum illae verborum ornatu sophisticisque sententiis redundant, hae vero etsi multo rariores tamen paucas Gorgiae imitationes exhibent.

Primum igitur de Lysiae scriptis sophisticis agam. Ut Gorgias sermonem *ὀλυμπικὸν* illa aetate celeberrimum confecerat, Lysiam quoque simile argumentum aggressum esse a Dionysio certiores fimus, qui nobis maius fragmentum servavit, in quo Lysias priores qui eandem rem tractaverant carpit. orat. 33 § 3 *ἐγὼ δ' ἥκω οὐ μικρολογησόμενος οὐδὲ περὶ τῶν ὀνομάτων μαχούμενος· ἡγοῦμαι γὰρ ταῦτα ἔργα μὲν εἶναι σοφιστῶν λίαν ἀχρήστων καὶ σφόδρα βίου δεομένων*', quales iactationes optime decent sophistarum

aemulum. Etsi Lysias a Gorgiae tumore paulo recedit, tamen nonnulla exempla illius elocutionis poeticae inveniuntur. Dictiones translatae § 7: *κλαιομένην*[1]) *τὴν Ἑλλάδα περιορῶσιν. ἀθάνατον τὴν ἐλευθερίαν κεκτῆσθαι.* cf. Gorg. fragm. 5 *ἀθάνατος ὁ πόθος ζῇ.* Neque desunt antithetorum et paromoeorum exempla, quae a Blassio enarrata invenies.

Orationem amatoriam, quam in Platonis dialogo Phaedrus Socrate audiente quasi Lysiae opus recitat, non a philosopho fictam, sed re vera Lysiae vindicandam esse viri docti plerique magis magisque consentiunt; mihi quoque Lysiae genuina videtur. Ipsius enim propositi ratio maxime absurdi, quare non amanti maior dignitas tribuenda sit quam amatori, revocat nobis in memoriam Gorgiae consuetudinem, qui argute et speciose in contrarias partes, de qua re quisque audire vellet, disputare solebat. Nec desunt illi Lysiae opusculo figurae oratoriae. Quid de totius libelli natura iudicandum sit, ex ipsius Phaedri interrogatione (234 c) intellegendum est, nonne ‚*λόγος ὑπερφυῶς τά τε ἄλλα καὶ τοῖς ὀνόμασι*‘ dictus sit. Atque brevi deinde Socrates ubi Lysiae opus percenset auctorem nominat *ποιητὴν τὰ δέοντα εἰρηκότα.*

Quantopere Lysias Gorgianam rationem poetice dicendi et inanem verborum strepitum aemulatus sit, etiam paucissima fragmenta orationis *ὑπὲρ Νικίου* inscriptae docent: *κλαίω τὸν ἀμάχητον καὶ ἀναυμάχητον ὄλεθρον. ἱκέται μὲν αὐτοὶ τῶν θεῶν καθίζοντες, προδότας δὲ τῶν ὅρκων ἡμᾶς ἀποφαίνοντες. ἀνακαλοῦντές τε συγγένειαν, εὐμένειαν.* Blassius iniuria hanc orationem Lysiae abiudicavit, Dionysium secutus; equidem vero de authentia huius orationis Theophrasti testimonio magis credam quam Dionysii arbitrio.

---

[1]) Verba tradita ‚*καιομένην*‘, quibus nimis absurda imago inest, corrupta esse Blassius (I, 435) recte dixit. Equidem restitui vocem ‚*κλαιομένην*‘ (quam activo sensu lamentandi a poetis usurpatam esse satis multa exempla exstant) ex analogia loci Gorgiani (frg. 4) *τὰ δὲ κατὰ τῶν Ἑλλήνων θρήνους.* (cf. pseudolys. epitaph. § 60.)

De oratione funebri quae Lysiae nomen prae se fert non disseram, cum Schoellii argumentatio illam spuriam esse mihi persuaserit.

In sermonibus iudicialibus etsi Lysias multo simpliciore tenore utitur, tamen ibi quoque nonnulla vestigia Gorgianae disciplinae exstant, vel maxime in iis orationibus, quae propius ad annum 403, ubi primum Lysias se huic generi eloquentiae tradidit, referendae sunt. — In oratione 34, quam de servanda rei publicae disciplina confecit, (§ 2) verba τύχη — γνώμη acriter opposita sunt; antithesis exstat in § 11 οἱ μὲν πρόγονοι καὶ ὑπὲρ τῆς τῶν ἄλλων ἐλευθερίας Ἑλλήνων διεκινδύνευον, ὑμεῖς δὲ οὐδὲ ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας αὐτῶν τολμᾶτε πολεμεῖν. Denique chiasmus acerrimus inest § 11: ἐμαχόμεθα, ἵνα κατέλθωμεν, κατελθόντες δὲ φευξόμεθα, ἵνα μὴ μαχώμεθα. — Ex oratione 12, qua Lysias ipse Eratosthenem accusavit, afferam: § 3 ἀναξίως καὶ ἀδυνάτως. § 78 τῶν μὲν παρόντων καταφρονῶν, τῶν δὲ ἀπόντων ἐπιθυμῶν. τῷ καλλίστῳ ὀνόματι χρώμενος δεινοτάτων ἔργων διδάσκαλος καταστάς. — Etiam orationi 30 in Nicomachum habitae verborum quidam flos inest: § 3 ἐκ τῆς τούτου χειρὸς τεταμιεύμεθα τοὺς νόμους. § 5 μήτε εὐθύνας διδόναι μήτε τοῖς ψηφίσμασι πείθεσθαι μήτε τῶν νόμων φροντίζειν. ἀλλὰ τὰ μὲν ἐγγράφεις, τὰ δ᾽ ἐξαλείφεις. 21: λέγων ὡς εὐσέβειαν, ἀλλ᾽ οὐκ εὐτέλειαν ἀνέγραψεν. 27: ἀντὶ μὲν δούλου πολίτης γεγένηται, ἀντὶ δὲ πτωχοῦ πλούσιος, ἀντὶ δὲ ὑπογραμματέως νομοθέτης. 29: Νικόμαχον εἵλεσθε ἀναγράφειν τὰ πάτρια, ᾧ κατὰ πατέρα τῆς πόλεως οὐ προσήκει. Ὃν ἔδει ὑπὲρ τοῦ δήμου κρίνεσθαι, οὗτος τὸν δῆμον συγκαταλύσας φαίνεται. 31 μισοπονηρεῖν. — Adiungam orationem 31 contra Philonem habitam, quae conspicua quaedam paronomasiae exempla exhibet: § 11 ὅσοι δὲ γνώμῃ τοῦτο ἔπραξαν, οὐδεμιᾶς συγγνώμης ἄξιοί εἰσιν. 26: οὐ περὶ τοῦ βουλεύειν, ἀλλὰ περὶ τοῦ δουλεύειν. 32: ἔδει οὐ μόνον περὶ τοῦ βουλεύειν, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς ἐλευθερίας βουλεύεσθαι. In § 12 exstat parison quam accuratissimum. — Denique orationi 24, qua invalidus homo se ab obtrectatorum

calumniis defendit, aliquid coloris poetici et facetiarum adspersum est. § 3: *τὰ τοῦ σώματος δυστυχήματα τοῖς τῆς ψυχῆς ἐπιτηδεύμασιν ἰᾶσθαι καλῶς.* § 10: Mirifice verbum *φιλοσοφεῖν* usurpatur. 14: *ὁ μὲν ὥσπερ ἐπικλήρου τῆς συμφορᾶς οὔσης ἀμφισβητήσων ἥκει. . . . . μᾶλλον πιστεύετε τοῖς ὑμετέροις αὐτῶν ὀφθαλμοῖς ἢ τοῖς τούτου λόγοις.*

Sententia translativa quoque inest fragmento 90 (coll. Scheibe) *ᾗ γὰρ ἂν ἡμέρᾳ γυνὴ προδῷ τὸ σῶμα καὶ τὴν τάξιν λίπῃ τῆς αἰδοῦς.* — Haec mihi sufficiant demonstraturo Lysiam non solum in sophisticis scriptis Gorgiae disciplinae se applicasse, sed ne iudiciales quidem orationes Gorgianis vestigiis, quamvis exigua sint, vacare.

Iam ad Thucydidis historici libros transgrediamur; etiamsi certa antiquorum testimonia, num Thucydides ex Gorgiae disciplina profectus sit, non exstent, tamen ex Thucydidis ratione scribendi inter utrumque auctorem certam necessitudinem statuendam esse demonstrabo. Nec posteriores antiquitatis grammaticos Gorgiae auctoritas apud Thucydidem effugit: (cf. Blass. I, 206) Philostrat. vit. soph. p. 14. Marcell. § 36. § 51. Thuc. schol. I, 2; 144. Quanta figurarum Gorgianarum copia apud Thucydidem inveniatur etsi complures viri docti huius aetatis diligenter explicaverunt, tamen eorum commentationibus pauca mihi addenda videntur: vocem *διδάσκαλος* bis (III, 42; 82) metaphorice usurpatam inveni similiter ac Palam. § 4. — II, 46 de liberorum patribus orbatorum educatione translative scriptum videmus ‚*ὠφέλιμον στέφανον*‘ quasi praemium mortuorum. — Oxymori unum specimen afferam: III, 38, 3 *θεαταὶ μὲν τῶν λόγων γίγνεσθαι, ἀκροαταὶ δὲ τῶν ἔργων.* — De vocibus rarioribus unam adiiciam (VI, 103) *καὶ ‚κύρωσις‘ μὲν οὐδεμία ἐγίγνετο,* quam Gorgiae propriam fuisse supra vidimus. — Deinde figuram *κλίμακος* praeter exempla, quae Steinius p. 18 contulit, etiam huic loco inesse puto: I, 144, 3: *πολέμου δὲ οὐκ ἄρξομεν, ἀρχομένους δὲ ἀμυνούμεθα.*

Quom vero omnes illi viri docti imitationes ornatus externi apud Thucydidem perscrutati sint, neminem eorum iustam gravitatem tribuisse miror conspicuae inter Gorgiam Thucydidemque necessitudini, quam etiam ex aliis causis, sophistica dicendi ratione et disciplina rhetorica, per orationes a Thucydide operi insertas cognoscere possumus. Nonnulla exempla verborum sophistice inter se oppositorum, quibus Gorgiam studuisse saepe vidimus, etiam apud Thucydidem — et semper quidem in orationibus — inveni: saepius quantum distet inter *γνώμην — τύχην* sophistica ratione perpensitatur: I, 144: II, 62, 87; IV, 64, 86; afferam quoque I, 140 *τῆς μὲν γνώμης — πρὸς δὲ τὰς ξυμφοράς*, ubi notio *ξυμφοραὶ* brevi post voce *τύχη* amplificatur. Uni loco quem modo laudavi (II, 62) omnino quaedam similitudo cum Hel. § 11 inesse videtur, ubi Gorgias quoque de mobilitate opinionis et fortunae agit; utroque loco eidem notioni *πρόνοια* summa gravitas tribuitur. Alio loco (III, 39, 3) *ἐλπίσαντες μακρότερα μὲν τῆς δυνάμεως, ἐλάσσω δὲ τῆς βουλήσεως* idem acerrimum contrarium extat, quod Gorgiam saepius usurpasse (p. 27) demonstravimus. In Corinthiorum oratione (I, 123, 2) Thucydides cur tota Graecia arma capiat dicit ‚*τὰ μὲν φόβῳ τὰ δ' ὠφελίᾳ*'; fere iisdem causis homines in omnibus rebus commoveri Gorgias in loco communi (Pal. 19) tractavit: *διссῶν γὰρ τούτων ἕνεκα πάντες πάντα πράττουσιν, ἢ κέρδος τι μετιόντες ἢ ζημίαν φεύγοντες.* Alium quoque Palamedis locum (§ 18 *τοὺς μὲν φίλους κακῶς ἐποίουν, τοὺς δ' ἐχθροὺς ὠφέλουν)* apud Thucydidem inveni: VI, 85: *οὐκ ἢν τοὺς φίλους κακώσωμεν ἀλλ' ἢν οἱ ἐχθροὶ διὰ τὴν τῶν φίλων ῥώμην ἀδύνατοι ὦσιν.* Cleonis Diodotique orationes cum Gorgiana elocutione eo comparari possunt, quod similiter (atque in Hel. 7; Pal. 17) sermonis singulae sententiae primum enuntiantur, deinde iteratae explicantur: II, 40, 2: *τρίσι τοῖς ἀξυμφορωτάτοις τῇ ἀρχῇ, οἴκτῳ καὶ ἡδονῇ λόγων καὶ ἐπιεικίᾳ ἁμαρτάνειν. ἔλεος γὰρ . . . οἵ τε τέρποντες λόγῳ . . . καὶ ἡ ἐπιεικία.* —

III, 42: *ἢ ἀξύνετός ἐστιν ἢ ἰδίᾳ τι αὐτῷ διαφέρει· ἀξύνετος μὲν .... διαφέρει δ' αὐτῷ.*

Cum Gorgiae verbis (Hel. 10: *αἱ γὰρ ἔνθεοι διὰ λόγων ἐπῳδαὶ ἐπαγωγοὶ ἡδονῆς, ἀπαγωγοὶ λύπης*, ibid. 13: *εἷς λόγος πολὺν ὄχλον ἔτερψε καὶ ἔπεισε τέχνῃ γραφείς, οὐκ ἀληθείᾳ λεχθείς)* comparari iubeam Thucydidis locos I, 21: *οἱ λογόγραφοι ξυνέθεσαν ἐπὶ τὸ προσαγωγότερον τῇ ἀκροάσει ἢ ἀληθέστερον* et IV, 88: *ὁ μὲν Βρασίδας τοιαῦτα εἶπεν ... διὰ δὲ τὸ ἐπαγωγὰ εἰπεῖν τὸν Βρασίδα.*

Gorgias docuerat viri praestantiam eo contineri ut in dicendo agendoque ad singulas res necessarias se accommodaret *(τὰ δέοντα καὶ ποιεῖν καὶ λέγειν)*; item Thucydides saepius hanc facultatem summis laudibus extulit I, 22: *ἐδόκουν ἐμοὶ ἕκαστοι περὶ ἀεὶ παρόντων τὰ δέοντα μάλιστα εἰπεῖν.* I, 70: *μήτε ἑορτὴν ἄλλο τι ἡγεῖσθαι ἢ τὸ τὰ δέοντα πρᾶξαι.* I, 138: ubi Themistoclem celebrat ,*φύσεως μὲν δυνάμει μελέτης δὲ βραχύτητι κράτιστος δὴ οὗτος αὐτοσχεδιάζειν τὰ δέοντα ἦν.* II, 43: *τολμῶντες καὶ γιγνώσκοντες τὰ δέοντα καὶ ἐν τοῖς ἔργοις αἰσχυνόμενοι ἄνδρες.* II, 60: Periclem de se ipsum narrantem facit: ,*ἐμοὶ τοιούτῳ ἀνδρὶ ὀργίζεσθε ὃς οὐδενὸς οἴομαι ἥσσων εἶναι γνῶναί τε τὰ δέοντα καὶ ἑρμηνεῦσαι αὐτά*'. (Cf. Luc. rhet. praec. c. 1) Quam artissime haec de virtute sententia cum *εὐκαιρίας* ratione cohaereat, ex uno Thucydidis loco (IV, 17) apparet ubi Lacedaemonii se excusant, quid sit cur solito uberius verba faciant. Non sibi consuetudinem esse semper *βραχυλογῶς* loqui, sed ad id quodcunque agitur apte et congruenter dicere ,*τοὺς λόγους μακροτέρους οὐ παρὰ τὸ εἰωθὸς μηκυνοῦμεν, ἀλλ' ἐγχώριον ὂν ἡμῖν οὗ μὲν βραχεῖς ἀρκῶσι μὴ πολλοῖς χρῆσθαι, πλείοσι δὲ ἐν ᾧ ἂν καιρὸς ᾖ διδάσκοντάς τι τῶν προὔργου λόγοις τὸ δέον πράσσειν.* Thucydidem Gorgiae gravissimam doctrinam haud ignorasse, ex hoc loco mihi certissime concludendum videtur. Nonnulla alia huius disciplinae vestigia etsi minus conspicua adiungam: II, 40 ,*πλούτῳ τε ἔργου μᾶλλον καιρῷ ἢ λόγου κόμπῳ χρώμεθα.* II, 43: *ἡ δόξα αὐτῶν παρὰ τῷ ἐντυχόντι*

ἀεὶ καὶ λόγου καὶ ἔργου καιρῷ ἀείμνηστος καταλείπεται. cf. IV, 85, init. Huc denique unum epitaphii locum (II, 35) referendum puto: *χαλεπὸν γὰρ τὸ μετρίως εἰπεῖν ἐν ᾧ μόλις καὶ ἡ δόκησις τῆς ἀληθείας βεβαιοῦται.* Orator enim audientibus non nisi dicta factis adaequando persuadere potest. Omnino Thucydidi cum aliis locis tum in hac oratione funebri Gorgiae declamationem obversatam esse puto; luculenter quidem talem conexum demonstrare non possum, quom Thucydides suo consilio ea evitare videatur, quae ab aliis in hoc litterarum genere pronuntiata erant: I, 73: *τὰ μὲν πάνυ παλαιὰ τί δεῖ λέγειν;* II, 35: *οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἐνθάδε εἰρηκότων ἤδη ἐπαινοῦσι τὸν προσθέντα τῷ νόμῳ τὸν λόγον τόνδε.* II, 36: *ὧν ἐγὼ τὰ μὲν κατὰ πολέμους ἔργα οἷς ἕκαστα ἐκτήθη ἢ εἴ τι αὐτοὶ ἢ οἱ πατέρες ἡμῶν βάρβαρον ἢ Ἕλληνα πόλεμον ἐπιόντα προθύμως ἠμυνάμεθα, μακρηγορεῖν ἐν εἰδόσιν οὐ βουλόμενος ἐάσω.* Sequens deinde enuntiatio ‚*ἀπὸ δὲ οἵας τε ἐπιτηδεύσεως καὶ μεθ' οἵας πολιτείας καὶ τρόπων ἐξ οἵων*' optime Gorgianam dictionem redolet. Conferas deinde initium capitis 39 cum Gorgiae fragmento 21; itemque verba (41, 2) ‚*τῶν ἔργων τὴν ὑπόνοιαν ἡ ἀλήθεια βλάψει*' cum simili Gorgiae dicto de benefica fraude tragoediae. Denique uterque Gorgias[1]) et Thucydides in epitaphii prooemio diserte monuerunt, quali prudentia oratori invidia pravorum audientium effugienda sit: G. frg. 5: *φυγὼν δὲ τὸν ἀνθρώπινον φθόνον.* Thuc. II, 35: *ὅ τε ἄπειρος ἔστιν ἃ καὶ πλεονάζεσθαι διὰ φθόνον, εἴ τι ὑπὲρ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἀκούοι . . . τῷ δ' ὑπερβάλλοντι αὐτῶν φθονοῦντες ἤδη καὶ ἀπιστοῦσιν.*

Extat denique inter Palamedis apologiam et Plataeensium orationem, qua se apud Lacedaemonios (III, 53—59) defendunt, similitudo quaedam maxime notanda; quom

[1]) Gorgias haec ex encomiis poetarum lyricorum desumpsisse videtur, multa eius modi praecipue apud Pindarum inveniuntur: Pyth. I, 81: ‚*καιρὸν εἰ φθέγξαιο, πολλῶν πείρατα συντανύσαις ἐν βραχεῖ, μείων ἕπεται μῶμος ἀνθρώπων . . . . κρείσσων γὰρ οἰκτιρμοῦ φθόνος.* cf. Olymp. VI, 7; VIII, 55 X, 7; Pyth. VII, 17; XI, 27—29.

vero adhuc duo viri docti[1]) non nisi leviter hanc rem gravissimam perstrinxerint, accuratius mihi utramque orationem comparare liceat. In utraque apologia infirmior reus (Plataeenses valde debilitatos esse res docent; in Pal. 2 legimus *κρατεῖτε γὰρ τούτων ὧν οὐδὲν ἐγὼ τυγχάνω κρατῶν)* coram potentioribus iudicibus, qui summum Graeciae imperium (Pal. 35: *τοῖς πρώτοις τῶν Ἑλλήνων)* obtinent, a proditionis insimulatione se purgare studet, quae utrimque per malignum quendam et invidum auctorem (Thebani erant perfidi — Ulixes ambigui ingenii homo) reo afficta est. In utraque oratione reus quasi testem rerum ab ipso egregie gestarum affert communem patriam Graeciam, cui — quasi quarta pars — barbari omnium communes hostes opponuntur. Utrimque reus, innocentiam suam probaturus, virtutes suas meritaque in patriam collata enumerat et magno verborum apparatu exornat, quantis beneficiis ipsos iudices affecerit. In utriusque apologiae fine reus provocat cum ad misericordiam tum ad dignitatem honestatemque iudicum. Ad hunc personarum et argumenti consensum accedit insignis quaedam verborum et locutionum similitudo. Plataeenses iudices admonuerunt, ne aliorum (sc. Thebanorum) iudicio starent, sed, re plane cognita, suo iudicio uterentur:

Thuc. 53, 3: *μὴ προκαταγνόντες,* 53, 2: *προκατηγορία* Pal. 34: *ὑμᾶς δὲ χρὴ μὴ τὰς αἰτίας τῶν ἐλέγχων προκρίνειν.*

53, 4: *νῦν δὲ πρὸς εἰδότας πάντα λελέξεται.* — Pal. 28: *ἀλλ' ἀναγκαῖον κατηγορημένον εἰπεῖν ἐν εἰδόσιν ὑμῖν.*

53, 3: *πανταχόθεν δὲ ἄποροι καθεστῶτες ἀναγκαζόμεθα καὶ ἀσφαλέστερον δοκεῖ εἰπόντας τι κινδυνεύειν.* — Pal. 4: *διὰ τὴν ἔκπληξιν ἀπορεῖν ἀνάγκη τῷ λόγῳ, ἂν μή τι παρὰ τῆς παρούσης ἀνάγκης μάθω, διδασκάλων ἐπικινδυνοτέρων ἢ ποριμωτέρων τυχών.*

Plataeenses (56, 4) dicunt *τιμηθέντες ἐς τὰ πρῶτα.* — Pal. 16: *ἐτιμώμην γὰρ ἐπὶ τοῖς ἐντιμοτάτοις.*

[1]) Blassius I, 77 adnot. 2 — Maassius in Herm. vol. XXII, 580 adn. 1.

54, 1: *παρεχόμενοι δὲ ὅμως ἃ ἔχομεν δίκαια . . . καὶ ἐς ὑμᾶς καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, τῶν εὖ δεδρασμένων ὑπόμνησιν ποιησόμεθα.* Saepius Plataeenses se *εὐεργέτας* nominant. — Pal. 15: *μάρτυρα πιστὸν παρέξομαι τὸν παροιχόμενον βίον.* 30: *εὐεργέτης μέγας ὑμῶν καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων.* 36: *εὐεργέτην τῆς Ἑλλάδος.*

Plataeenses de meritis suis ipsos iudices contestantur 56, 1: *αὐτοὶ ξύνιστε δι' ἅπερ καὶ τάδε πάσχομεν.* — Pal. 15: *σύνεστε γάρ μοι, διὸ σύνιστε ταῦτα.*

Plataeenses deinde iudices praemonent, ne aliorum insimulatione commoti vel suo commodo servientes iudicent neve tali iniuria sibi totius Graeciae invidiam comparent. 56, 2: *τοῦ μὲν ὀρθοῦ οὐκ ἀληθεῖς κριταὶ ὄντες φανεῖσθε, τὸ δὲ ξυμφέρον μᾶλλον θεραπεύοντες.* 57, 1: *εἰ δὲ περὶ ἡμῶν γνώσεσθε μὴ τὰ εἰκότα.* 58, 1: *σώφρονά τε ἀντὶ αἰσχρᾶς κομίσασθαι χάριν, καὶ μὴ ἡδονὴν δόντας ἄλλοις, κακίαν* (i. e. infamiam) *αὐτοὺς ἀντιλαβεῖν.* 59, 1: *οὐ πρὸς τῆς ὑμετέρας δόξης.* — Pal. 35: *ὑμῖν γὰρ μέγας ὁ κίνδυνος ἀδίκοις φανεῖσι δόξαν τὴν μὲν καταβαλεῖν, τὴν δὲ κτήσασθαι.* 36: *καὶ τὴν αἰτίαν πᾶσαν ὑμεῖς ἕξετε τῆς ἀδικίας.*

Similes cogitationes paene eisdem verbis utrimque expressas habes 57, 1: *οὐ γὰρ ἀφανῆ κρινεῖτε τὴν δίκην τήνδε.* — *ἐὰν δ' ἀδίκως ἀποκτείνητέ με, πολλοῖς γενήσεται φανερόν.* 58, 2: *ὥστε καὶ τῶν σωμάτων ἄδειαν ποιοῦντες ὅσια ἂν δικάζοιτε καὶ προνοοῦντες.* — Pal. 35: *τὸ μὲν σῶμα τοὐμὸν φυλάξατε,* ubi paulo ante idem verbum *προνοεῖν* legitur.

Duo acuta antitheta utrimque inveniuntur: 58, 4: *γῆν ἐν ᾗ ἠλευθερώθησαν οἱ Ἕλληνες, δουλώσετε.* — Pal. 14: *τίς ἂν ἕλοιτο δουλείαν ἀντ' ἐλευθερίας.*

59, 2: *τοῖς ἐχθίστοις φίλτατοι ὄντες παραδοθῆναι.* — Pal. 21: *τοὺς φίλους τοῖς ἐχθροῖς παραδεδωκότι.*

Plataeenses iudicibus maiorum gloriam paene divinam proponunt, quos, si iniuste iudicarent, violarent et honore privarent. 58, 3: *πατέρων τῶν ὑμετέρων θήκας.* 58, 4:

ἱερά τε θεῶν . . . θυσίας τὰς πατρίους. 59, 2: *ἱκέται γιγνόμεθα ὑμῶν τῶν πατρῴων τάφων.* — Similiter Pal. 19: *προὐδίδουν . . . . ἀξίωμα προγόνων, ἱερὰ πατρῷα, τάφους.*

57, 4: *οὔτε τῶν τότε ξυμμάχων ὠφελεῖ οὐδείς.* — Pal. 33: *οὐ φίλων βοηθείαις . . . δεῖ πείθειν ὑμᾶς.*

Plataeenses ad ipsorum vitae periculum, quod ex orationis eventu pendeat, respiciunt, tamen mortem dedecori praeferendam censent: 59, 3: *λόγου τελευτᾶν, διότι καὶ τοῦ βίου ὁ κίνδυνος ἐγγὺς μετ' αὐτοῦ, παυόμενοι λέγομεν ἤδη . . . εἱλόμεθα γὰρ ἂν πρό γε τούτου . . . τελευτῆσαι.* — Palamedes dicit 35 *τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσιν αἱρετώτερος θάνατος δόξης αἰσχρᾶς, τὸ μὲν γὰρ τοῦ βίου τέλος.*

Etiamsi non contendam Thucydidem se verbotenus ad sophistae libellum applicasse tamen concludam illum Gorgiae declamationem haud ignorasse, quae etsi ‚*Παλαμήδους ἀπολογία*' inscripta nonnullas tamen sententias continebat, quae facillime in qualibet defensione pronuntiari poterant. Haec hactenus de Thucydide.

Deinde Antiphontis rhetoris mentionem faciamus opus est, qui cum Gorgia tam certo conexu coniunctus videtur, ut Maassius optimo iure Gorgiae declamationes ante a. 411 vulgatas esse concluderit. Iam iis Gorgiae imitationibus, quas vir doctissimus apud illum investigavit, pauca exempla asseram ampliora, ut Maassii opinionem comprobem.

Metaphoris saepe Antipho usus est:

I, 13: *δίκη κυβερνήσειεν.*

II, *β*, 2: *ὑπὸ σκληρᾶς ἀνάγκης βιαζόμενος.*

II, *β*, 13: *ἰατροὺς γενέσθαι* (sc. *τῆς ἀτυχίας*) cf. V, 94.

VI, 2: *χρόνος διδάσκει τοὺς ἀνθρώπους.*

Antiphontis verba (III, *β*, 10) *ζῶν ἔτι κατορυχθήσομαι* (cf. III, *γ*, 12) cum Gorgiae oxymoro conferam *ἔμψυχοι τάφοι.*

Ex figurarum genere haec exempla sufficiant:

I, 3: *ἐξ ἐπιβουλῆς καὶ προβουλῆς.*

I, 15: *αὐτῆς μὲν εὕρημα — ἐκείνης δ' ὑπηρέτημα.*

I, 21: *ἀθέως καὶ ἀκλεῶς.* — I, 23: *ἀνόμως*[1] *καὶ ἀθέως.* I, 27: *ἀδικήμασι καὶ ἁμαρτήμασιν.*

III, *β*, 8: *οὐ συνηδομένων μὲν οὐδὲ συνθελόντων, συναλγούντων δὲ καὶ συλλυπουμένων.*

V, 5: *γλώσσης — γνώμης.*

V, 73: *τὸ ὑμέτερον δυνάμενον ἐμὲ δικαίως σῴζειν, τὸ τῶν ἐχθρῶν βουλόμενον ἀδίκως με ἀπολλύναι.*

V, 79: *πολλῆς εὐδαιμονίας πολλὴν κακοδαιμονίαν.*

V, 92: *τὸ μὲν ἀκούσιον ἁμάρτημα τῆς τύχης*
τὸ δὲ ἑκούσιον τῆς γνώμης.

frg. 75: *πολυφιλίαν καὶ ὀλιγοφιλίαν.*

Unde vero Antipho tantum verborum ornatum desumere potuit, nisi Gorgiae dictionem imitabatur? Ut Maassius (Herm. XXII, 579) finem orat. V. cum Palamede comparavit, equidem etiam aliunde imitationes illius declamationis eruam: II, *δ*, 12: ‚*ἀνίατος γὰρ ἡ μετάνοια*' quae verba supra (p. 29) cum Pal. 34 contuli ‚*ταῦτα μετανοήσασιν ἀνίατα*'.

III, *β*, 2: *δόξης* et *ἀληθείας* gravitas similiter pensitatur ac Pal. 24. — III, *β*, 10: *ἀβίωτον τὸ λειπόμενον τοῦ βίου διάξω.* Eundem verborum lusum habes Pal. 20: *ἀβίωτος ἦν ὁ βίος μοι.* Pal. 21: *βίος οὐ βιωτὸς πίστεως ἐστερημένῳ.*

In Euripidis denique tragoediis fragmentisque etsi nonnullas Gorgiae imitationes inveni, tamen neque conexus utriusque auctoris (Gorgiam ipsum saepius Euripidi aliisque poetis se accommodasse vidimus) neque singularum

[1]) Lectionem traditam *ἀβούλως* corruptam esse plerique viri docti consentiunt. Wilamowitzii mutationem, quam in Herm. XXII, p. 206 ex § 21 desumptam protulit, ubi *ἀθέως καὶ ἀκλεῶς* de hominis interfecti miseria usurpatam erat, hoc loco (23) non probem, ubi de mulieris malignitate agitur. Equidem sequar Schoellium (*ἀνόμως καὶ ἀθέως*) qui contulit IV, *α*, 2 *ἀσεβεῖ μὲν τοὺς θεούς, συγχεῖ δὲ τὰ νόμιμα.* Afferre mihi liceat Palam. 17: *ὁ προδότης τὸν μὲν νόμον παραβαίνει . . . τὸ δὲ θεῖον ἀτιμάζει.*

fabularum tempus satis certa sunt, ut ampliora de hac re statuamus. cf. Wilamowitz. Heracl. I, 27.

Iam tota argumentatione mea satis probatum puto, quot vestigia Gorgianae rationis in omni litterarum genere — non solum apud oratores, sed etiam apud historicos (Thucydidem) poetasque (Agathonem) — exstent, ita ut appareat, quanti momenti sophistae illius doctrina fuerit ad ingenia discipulorum acuenda.

VITA.

Natus sum Aemilius Scheel Rostochii die XIV. mensis Iunii a. h. s. LXVII. patre Magno, matre Augusta e gente Rabe, quibus adhuc superstitibus gaudeo. Fidem profiteor evangelicam. Elementis litterarum imbutus patriae urbis gymnasium frequentavi, unde autumno anni LXXXV academiam Rostochiensem adii. Primum semenstre theologiae operam navavi, deinde me totum studiis philologicis historicisque tradidi. Autumno anni sequentis sedem Musarum Rhenanam petii. Ubi postquam per annum degi, iterum almae matris Rostochiensis civibus ascriptus sum, inter quos adhuc numeror. — Nec non memoro me per bis sex menses in vico Magnae Dratowiae munere paedagogi functum esse. — Huius anni pridie Nonas Decembres Rostochii publica examina absolvi.

Docuerunt me viri clarissimi: Buecheler, Kekulé, Klein, Luebbert †, Nissen, Usener Bonnenses, Bachmann †, Bechstein, Dieckhoff, Koerte, Leo, Marx, Noesgen, Philippi, Reitzenstein, Schirrmacher, Schwartz, de Stein Rostochienses. Factum est Leonis, Schwartzii, Marxii, Reitzensteinii benevolentia, ut per quater sex menses sodalis ordinarius seminarii philologi essem. Seminario historico Schirrmacher, exercitationibus archaeologicis Kekulé et Koerte benigne me admiserunt. Quibus viris omnibus gratias ago quam maximas.